dictionales, videntibus & ſpectantibus offi-
cialibus Principis, (ut hoc in caſu accidit)
uſurpati fuerint; cenſetur, id ex certa ſcien-
tia & magis deliberata voluntate Principis
factum fuiſſe, per not. in l. fin. C. de temp. appell.
§. in his autem. & l. offerendis. in pr. C. de appell.
Canon. in rubr. ext. de conſtit. Tiber. Decian.
d. reſponſ. 124. num. 20. vol 3.
47 Eſt porrò certi juris, juriſdictionem longo
tempore, ſcilic. decem annis, præſcribi poſ-
ſe, cùm poſſeſſionem habeat continuam,
per l. viros. S. in fin. ibi, longo tempore. Cod. de di-
verſ. offic. lib 10. Valaſc. in d. l. 3. num. 35. & ibid.
Baptiſt. num. 43. ibi, ſed benè. ff de jurisd. omn.
jud. Franc. Balb. in tract. de præſcript. 2. parte 5.
partis princ. quæſt. 3. num. 4. Covarruv. in cap.
poſſeſſ. 5. 3. num. 5. part. 2. de R. I. in 6. Muſcorn.
de jurisd. num. 129. ubi dicit, quod etiam ad-
verſus ipſum Imperatorem, fontem omnis
juriſdictionis, ſciente eo & patiente, eiusvè
officialibus, præſcribi longo tempore poſſe,
tradatur per Iaſ. in d. l. 3. ff. de jurisd. omn. jud.
& alios.
Hoc autem caſu non tantùm decem an- 48
norum tempus tanquam inter præſentes
ſufficeret: Præſens enim in hac materia di-
citur, qui in eadem provincia, in qua adver-
ſus eum præſcribitur, domicilium habet. per
l. fin. circ. med. Cod. de long. temp. præſcript. Balb.
d. tract. 1. parte partis 4. princ. quæſt. 2. cum. ſeqq.
ſed etiam longius & plurium annorum, ſatis
probatum eſt. Et quidem computari tem-
pus præſcriptionis, ſi non retrò longiùs; ſal-
tem ab Anno 1544. (quo actus primo loco
ſuprà allegatus uſurpatus fuit) omninò poſ-
ſet: idque non ſolùm usque ad annum 1559.
(quo controverſia moveri cœpit) ſed etiam
ad hoc usque tempus noſtrum, ut ſic præ-
ſcriptio poſſeſſione vel quaſi, non tantùm
decem, quadraginta & plurium annorum
(quibus omnibus continuata poſſeſſio ex eo
præſumeretur, quod conſtat, nos hodiè poſ-
ſidere, & olim quoq; poſſediſſe: Nam & me-
dii temporis poſſeſſio præſumitur, per not.
l. ſive poſſidentis. Cod. de probat. & per vulgata.)
niti poſſet. Nam præſcriptio, quæ hoc caſu 49
Anno 1544. inchoata eſſet per literas iſtas
Regias, An. 1548. editas, Imò etiam per con-
tradictionem, Anno 59. moveri cœptam, &
hactenus interdum repetitam, minimè fuiſ-
ſet interrupta, cùm nec naturali facto iſta
quaſi poſſeſſio meri Imperii adempta, nec
Civilis actus, ut litis conteſtatio, intervene-
rit; Extraiudicialis autem interpellatio aut 50
denunciatio non interrumpit cœptam præ-
ſcriptionem longi temporis, ſed conteſta-
tione ritè facta opus eſt. text. cap. n. 16. quæſt. 3.
§. poteſt & l. more. Cod. de rei venditat. Balbus,
d. tract. de præſcript. 3. part. 6. princ. quæſt. 4. num.
5. & per tot. Covar. in d. cap. poſſeſſor. 2. partis
relect. § 10. num. 9. verſ. ſecund. & per totum. de
regul. iur. in 6. ubi etiam poſt alios tradit, non
omnem litis conteſtationem, hoc caſu in-
ducere interruptionem poſſe.

Alſo/ daß wann auff den Fall die præ-
ſcriptio vonnöthen ſeyn ſolte / nicht allein
Zehenjährige ad præſcribendam juriſdictio-
nem, dißfalls gnugſame (ſo ab Anno 48.
biß auff 59. Jars/ als in welcher Zeit gar kein
Contradictio beſchehen/ ſondern obangezo-
gen vnd andere mehr Actus wiſſentlich ge-
dultet worden/ zu rächen) ſondern auch weit
über 40. jährig / ohn interrumpirte quaſi
Poſſeſſion, zu allegiren ſeyn möchte.

Vnd wird ſolche Præſcription vmb ſo viel
mehr ſtatt haben: Cùm non adverſus igno-
rantem, ſed ſcientem & patientem inducta
fuiſſet; Imò etiam non opus eſt Principis, 51
aut

aut officialium eius scientia, *per text. expres-*
*sum. in l. fin. in fin. Cod. de præscript. long. temp.*
*per not.* Valasc. *in d. l. 3. num. 130. & 135. in fin.*
*ff. de jurisd. omn. jud.* quamvis alii dissentiant.
Aber es darff diß falls kein Disputation, nach
dem nicht allein von Rechts wegen scientia
52 præsumirt wird. Cùm enim Actus juris-
dictionales suâ quasi naturâ, publicè fiant,
præsumuntur in aliorum, præsertim, quo-
rum interesse videri posset, & quidem vici-
norum notitiam pervenire. *per cap. 3. extr. de*
*translat. Episc. cap. 5. extr. de Cler. excom.* latè
Mascard. *de probat. conclus. 879. num. 16. ubi*
*alios citat. & ibid. num. 11. & seqq.* copiosè tra-
dens, vicinos (ut hoc casu officiales) præsu-
mi, scire facta vicinorum; scilicet talia suc-
53 cessiva, & non momentanea. Hinc in specie
traditur, si quis exercuerit jurisdictionem in
aliquo loco, per longum tempus, præsumi
scientiam vicinorum. Alex. *consil. 23. col. 2.*
*consil. 49. vol. 6. col. 5.* Cravet. *consil. 74. num. 2.*
Alb. *consil. 18. num. 3.* Mascard. *d. tract. conclus.*
*1293. num. 19.* sondern es wird auch scientia,
durch vielbemeldtes Königliches Schreiben
(neben andern) genugsam bewiesen.

54 Et hæc etiam possessio in præscribenda
jurisdictione, inducitur unô actu; *per text. in*
*cap. consultationib. ubi Dd. extr. de jur. Patron.*
Ripa, *in cap. cum Ecclesia. num. 52. & seq. extr.*
*de causa possess. & propriet.* Covar. *in d. cap. pos-*
*sessor. 2. part. relect. in princ. n. 6. de R. I. in 6.*

Also/ vnd in hunc casum necessariæ præ-
scriptionis, wird es auch an andern requi-
sitis eben so wenig Fehl vnd Mängel haben:
55 Nam bona fides præsumitur, donec eviden-
ter contrarium probetur, *per not. in l. Celsus.*
*ff. de usucap. per l. pen. Cod. de evict. gloss. in cap. si*
*diligenti, vers. bona fides. extr. de præscript.* Co-
var. *d. cap. possess. 2. partis relect. §. 8. de R. I. in 6.*
latissimè Mascard. *d. tract. de probat. conclus.*
*224.* & passim alii. Maximè verò, si titulus
justus habeatur, per not. Mascard. *d. conclus.*
*224. & conclus. 228.* (ubi latè post alios tradit, 56
fidem bonam præsumi ex titulo etiam in-
justo. Ubi plura tradit, ex quibus evinci
bona fides, juris præsumptione, hoc casu
posset.) & aliorum, & insuper longi tempo- 57
ris possessio accedat. *arg. l. si servus. ff. de ac-*
*quir. possess.* Alex. *cons. ult. vol. 1.* Dd. *in d. l. Cel-*
*sus. ff. de usucap.* per Mascard. *d. conclus. 224.*
*num. 27. & conclus. 226.* ubi plures ad hoc al-
legat. So wäre (wie gemeldt) auch titulus
(scilicet in feudum concessionis, sive inve-
stituræ factæ) vorhanden: Nam titulus etiam
ex justo errore putativo, sufficit ad præscri-
ptionem. per not. Bart. & aliorum, *in d. l. Cel-*
*sus. ff. de usucap. per l. quod vulgò. ff. pro emptore.*
Aber es bedörffte dieses tituli nicht/ sondern
man hätte titulum emptionis zum besten:
nachdem B. vnd S. mit aller Ober- vnd Herr-
lichkeit; vnd aller Gewaltsame/ von einem
Adelichen Geschlecht auff das ander/ vnd
also auch an die von Ehingen käufflich kom-
men. Sed nec etiam propter longissimi, non 58
solùm triginta, sed quadraginta, & plurium
annorum, temporis adminiculum, opus esse
titulo, communis opinio est, per Bald. *d. tra-*
*ctat. 1. part. 3. partis princ. quæst. 6. & quæst. 2.*
*part. 4.* Covarruv. *in d. cap. possessor. part. 2. re-*
*lect. §. 5. num. 2. vers. 2. de R. I. in 6.* Imò etiam 59
non requiri titulum in jurisdictione, longo
tempore præscribenda, probabiliter tradit
Longovall. *in d. l. 3. num. 277. ff. de jurisd. omn.*
*jud. per l. si quis. 10. ff. si servit. vindic.*

Operatur autem talis præscriptio, ut 60
si quis uno tantùm actu juris usus sit, cen-
seatur omnimodam jurisdictionem, & sic
omnes eius gradus, sive species præscripsis-
se, per communem sententiam, Ias. *in d. l. 3.*
*n. 23.* & ibi Bald. Zas. & alii, *ff. de jurisd. omn.*
*judic.* Zas. *consil. 16. num. 3. cum seqq. & 57.*
*lib. 2.*

---

## Consilium CCLXXI.

### Betreffend ein Erblosung: Vnd ob jemand/ wegen Vnterlassung solcher/ *in integrum* zu *restituiren, &c.*

DEmnach auff Absterben Catharinæ N. Weyland Jacob F. Seel. hinterbliebener Witt[we]n/ derselben Kinder vnd Erben/ bey vorgehabter Abtheilung/ in längst entwichenem 1563. Jahr/ sich dahin verglichen/ welcher Theil vnter ihnen seiner ererbten liegenden Güter/ eines oder mehr/ in frembde Händ verkauffe/ sollen die andere Erben/ mit deren/ in deßwegen außgefertigtem Schein bestimpter massen/ dieselbige an sich zu lösen/ befugt seyn.

Nunmehr aber sich begeben/ daß etliche solcher Güter in frembde Händ/ vor wenig Jahren/ käufflich gelangt/ vnd kommen/ jedoch der andern Erben Kinder sich dazumal der Losung nicht gebraucht/ weil ihnen angedeute habende Losungs-Gerechtigkeit verborgen gewesen: Als werden vns Subsignirten (deren Rechtliches Gutachten hierunter zu eröffnen/ begehrt worden) nachgesetzte Fragen vorgehalten.

Erstlich/ ob vorangedeute bedingte Losung/ auch auff der paciscenten Kinder vnd Erben zu extendiren/ vnd zu ziehen?

Für das Ander/ ob gedachten Kindern vnd Erben nicht hinderlich seye/ daß Jahr vnd Tag/ von Zeit vorgegangener Contracten, bereit verflossen.

Vnd dann/ zum Dritten/ ob allein der ermeldten paciscenten Kinder diese Losung

vorzunem-

vorzunemmen berechtigt: oder ob ihre Erben vnd Erbens-Erben ingemein zugelassen werden sollen/ vnd also Johann Michael S. vnd seine Geschwistrige/ neben andern Erben/ in vorhabender Losung mit anzustehen auch befugt seyen/ ohngeacht sie von der Margretha N. nicht herkommen/ sondern von Johann Michael S. ihr Margaretha anderem Ehemann/ nach derselben Absterben/ mit Anna Pomponii H. Wittiben erzeugt worden.

Hierauff vnser Rechtliches Gutachten/ vnd zwar Anfangs/ so viel die erste Frag belangt/ zu ertheilen/ ist gantz vnstreitbar/ daß die zwischen ihr Catharina S. hinterlassenen Kindern angedingte Losung/ nicht allein auf sie selbsten/ sondern zumal auff dero Kinder vnd Nachkommen (ohnangesehen deroselben in beschriebenen Pacto nicht außtruckenlich gedacht) zu verstehen seye: In Erwegung alle Contractus, Pacta vnd Conventiones, auch auff der Contrahenten oder Paciscenten Erben von Rechts wegen gezogen werden sollen.

1 Siquidem, quod de generali pactorum & contractuum natura sit, ut activè & passivè transeant ad hæredes, etiamsi de illis nulla facta fuerit mentio, est text. *in l. si pactum.9. ff. de probat.* ubi JC. Celsus eleganter & adpositè ait: Si pactum factum sit, in quo hæredis mentio non fiat, quæritur an id actum sit, ut ipsius duntaxat persona eo statueretur, & de ipsius duntaxat, ac non de hærede eius quoque convenisse, petitor, non qui excipit (*id est*, hæres, qui pactum opponit) probare debet: quia plerunque tàm hæredibus nostris, quàm nobismet ipsis cavemus. Hocq; etiam tradit Iason. *in l. Epistola. §. 1. de pact. & in l. cum serv. ff. de verb. oblig.* latè Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloss. 6.*

2 Dannenhero auch obgedachte bedingte Losungs-Gerechtigkeit der paciscirenden Personen Kinder vnd Descendenten nicht entzogen werden mag.

Etenim, quod facultas redimendi & retrahendi, etiam spectet ad heredes omnium paciscentium, approbant Boër. *dec. 163. num. 21. & seq.* Menoch. *3. præsumpt. 47. num. 9. & lib. 4. præsumpt. 36. num. 23.* Hartman. Pistor. *1. quæst. 21. num. 2.* Tiraquell. *alleg. loc.* & Berlich. *lib. 2. conclus. 2. num. 22. cum seqq.*

3 An welchem vmb so viel weniger zu zweiffeln/ weil dieses im Fürstlichen Land-Recht/ *part. 2. tit. 12.* bey dem Pacto retrovendendi (so dem Retractui conventionali, juris nostri Statutarii, fast in allweg gleichförmig) außtruckenlich verordnet/ *fol. 278. vers.* So dann der Verkäuffer oder seine Erben/ rc. vnd über diß/ in terminis nostris, solches in angezogenen Fürstl. Land-Rechten statuirt wird/ *dict. part. 2. tit. 16.* von anbedingten Losungen/ *fol. 291. vers.* vnd wo bey den Erbtheilungen.

Die andere Quæstion belangend/ ob nemlich der Paciscenten Kinder/ auch nach abgeloffenem Jahr/ sich dieser Losungs-Gerechtsame zu gebrauchen/ befugt? ist Anfangs zu præmittiren, daß ein angedingte vnd Erb-Losung zu jeder Zeit/ es werde ein Gut über kurtz oder lang ausser der Erbschafft verkaufft/ auch nach Verfliessung 30. 40. oder mehr Jahren/ gelöset werden möge.

Ita sentiunt quamplurimi, & inter eos Mynsing. *1. observ. 16. & 6. obs. 70. num. ult.* ubi pro hac opinione in Camera Imperiali aliquoties judicatum fuisse, asserit. Andr. Gail. *2. observ. 18. n. 4. & seq.* Johan. Köpen. *decis. 1.* 4

Quæ assertio etiam ad hæredes referenda, ut nec hi hoc pactum ullo tempore præscribere possint. Consultat. Constitut. Saxon. *tom. 1. part. 1. quæst. 1. num. 8.* Berlich. *lib. 2. conclus. 2. num. 48.* 5

Atque prædicta sententia, præcipuè juri nostro Statutario, in simili retrovenditionis causa, non solùm consona, Land-Recht *part. 2. tit. 12. fol. 278. vers.* So dann/ rc. ibi: über kurtz oder lang/ rc. sed etiam illud ipsum, ex eo colligitur, quia prædicti statuti dispositio, tùm demùm retractum conventionalem hæredibus permittit, si fundus hæreditarius huic Retractui obnoxius, in extraneum alienatus fuerit: inde, si talis alienatio centum, vel pluribus annis dilata, nil quicquam retrahenti imputari potest, cur Retractum tàm diu omiserit, cum vulgata sit juris regula: Non valenti agere, haut currere præscriptionem. 6

Wann aber zumal auch die/ nach beschehener Alienation zur Außlosung bestimpte Zeit (so von Jahrsfrist/ wann gleich deßwegen nichts insonderheit abgeredt/ zu verstehen/ Land-Recht von Losungen/ *fol. 291. in princ.*) verflossen/ will es etwas zweiffelich erscheinen: Ob mit befugten Rechts-Mitteln jemanden zu retrahiren geholffen werden möge?

Jedoch thun wir gäntzlich erachten/ den Rechten gemäß zu seyn/ daß den Retrahenten/ durch Verfliessung der Jahrs-Frist/ die bedingte vnd auff sie erblich transmittirte Losungs-Gerechtigkeit nicht benommen werden könte; angesehen von ihnen beständiglich angezeigt wird/ daß sie vmb solch befugte Losungs-Gerechtigkeit nichts gewust/ sondern dieselbige allererst vor kurtzer Zeit in Erfahrung gebracht.

Atqui à Doctoribus traditur, si aliquis ipso jure privetur jure quopiam ob temporis lapsum, quod ei nunquam currat præscriptio ignoranti, sed tùm demùm, cùm sciverit. Gl. *in cap. quam sit. §. electus. in verb. distulerit.* & ibi Archidiacon. & Phil. Franc. *de elect. in 6.* 7

Præterea tempus unius anni, aut aliquod brevius, nunquam currit ignoranti. *cap. porrò* 8

I &ibi

& ibi Bald. *verb. ex quo sciverit. tit. qualiter olim feud. alien. potuit. cap. Titius. tit. si de feud. defunct. fuer. controv.* Bald. & Mart. Laudens. *in c. ult. tit. de prohib. feud. alien.* & in terminis Paul. de Castr. *consil. 351. præfata reformatio. lib. 2.* Boër. *in consuet. Bituricens. tit. de Retr. §. 1. & decis. 112.*

Insonderheit / daß den ignorantibus die zur Losung bestimpte Zeit nicht lauffe / sondern dieselbe allererst von erlangter Wissenschafft ihren Anfang nehme / ist ausser Fürstlichem Land-Rechten / *tit.* Von Losungen / *fol. 294. vers.* auch soll der Verkäuffer / etc. & *vers. seq.* klärlich zu erlernen.

Im fall aber gesetzt / es solte diese Zeit / in Losungen / auch den jenigen / welche derselben kein Wissenschafft haben / ipso jure lauffen / würde jedoch ihnen das Beneficium restitutionis in integrum nicht entzogen werden mögen.

9 Quod etenim majores etiam viginti quinque annis, per Prætorii edicti clausulam, *si qua alia mihi justa causa videbitur, &c.* (ex qua Iudex arbitrio suo restituere potest Majores, ubicunq; æquitas suggerit, & non reperitur specialiter in jure prohibitum) in casibus, in quibus ipso jure tempus currit, ob facti ignorantiam (de qua nos agimus, cùm pacti interpositio factum quoddam côcernat) in integrum restituantur, communis est Doctorum traditio, *per l. 1. § fin. ff. quod fals. tut. gest. esse dic. l. 1. §. fin. de itin. actuq. privat. l. 2. Cod. quibus non obst. long. temp. præscr.* Sfort. Odd. *tract. de restit. in integrum. part. 1. quæst. 8. art. 9. num. 45.*

Und solle ermeldten Retrahenten diese ignorantia umb so viel weniger zu Nachtheil gezogen werden / weil sie nicht de lucro captando, sondern de damno vitando certiren: sintemalen das juris competentis amissio (weil bevorab der Retrahenten andere noch habende Güter der Losung noch unterworffen) pro damno zu achten seye / ist für sich selbsten offenbahr.

10 Zu geschweigen / quòd etiam in lucris, facti prosit ignorantia, von den Rechts-Scribenten communiter geschlossen wird / *in l. juris ignorantia. & l. error facti. ff. de jur. & facti ignorant. per l. si quis Titio. & l. si quis ita stipulatus. ff. ex quibus caus. Maior.* Oddus. *d. tract. part. 1. quæst. 8. num. 55.*

11 Welches insonderheit in Losungen statt findet; dann / was gestalt die jenige / so durch Unwissenheit die Losungs-Zeit ohn ihr Verschulden hinschleichen lassen / sich dieses beneficii restitutionis in integrum, ex generali Clausula, gebrauchen könten / wird tradirt à Benedello, *de jure protim. in §. transcurso. num. 25.* Merckelbach. *disput. de jure retract. thes. 69.* cum aliis ab eo allegatis. *vol. 3. disput. Basiliens.*

Dabey dann ferner nicht ausser Acht zu lassen / daß diese ignorantia nicht pro crassa, supina & affectata, sondern pro verisimili, justa & probabili zu halten; sintemalen von Zeit deß vergangenen pacti und Vergleichung / viel Jahr verflossen / deme jetzige Retrahenten nicht selbsten beygewohnt / auch die auffgezeichnete Vergleichung nicht beyhanden / sondern selbige Herr N. N. ohn ihr Wissen / in Verwahrung gehabt / und also kein Ursach vorhanden / derentwegen die Restitutio (da selbe nohtwendig seyn solte) nicht statt haben möchte.

Præterea non præsumitur scientia, nisi 12
probetur. *l. si tutor peritus. Cod. de peric. tutor.* Sfort. Odd. *part. 1. quæst. 8. num. 60.* Et ignorantia probatur, eo ipso, quod non demonstratur scientia. Gail. *2. observ. 48. num. 22.* Mascard. *de probat. conclus. 880. num. 3.*

So viel endlich die dritte Frag berührt: Ob nemlichen Hanns Michael S. und desselben Geschwigstrigt / sich mehr angedeuter Losungs-Gerechtigkeit auch zu gebrauchen: Ist zu bedencken / daß solche Erb-Losung allein ihr der Catharinæ N. hinterlassenen Kindern und Kinds-Kinder Pflegern anbedingt worden / und zwar der Ursachen / wie in allen Erb-Losungen beschicht / damit die Güter nicht in frembde Händ kommen thäten. Ausser welchen zu vernemmen / daß solche Losung allein der Catharinæ familiæ zum besten angesehen / und also dieselbige weiters nicht / als auff ihre Descendenten und Kinder gezogen werden könte. Inmassen / daß dergleichen Erb-Losungen den jenigen / welche nicht der Paciscenten Leibs-Erben / keines Wegs gedeyen mögen / ist zu vernemmen ausser Fürstlich. Land-Recht / *tit.* Von Losungen. *fol. 291. vers.* und wo bey den Erbtheilungen. ibi: Ob wol ihrer Descendenten und Leibs-Erben halben nichts abgeredt / sollen dannoch dieselben solcher anbedingter Losung auch fähig seyn. Welches auch bald hernach nochmalen repetirt wird / in verbis: Im Fall etliche der Paciscenten, oder dero Leibs-Erben / lösen wolten / etc.

Wann dann dieser Hanns Michael S. unter der Catharinæ Descendenten und Nachkommen nicht begriffen / sondern von der einen Tochter / Margaretha Ehemann nach derselben Absterben bey einem andern Eheweib erzeigt worden: So thut erfolgen / daß derselbig sich solcher Losung nicht zu unterfangen habe. Actum Tübingen / den 5. Junii, Anno 1620.

Johann. Georg. Besold. D.

Consi-

# Consilium CCLXXII.

*Num Filia Ducis, absq; juris communis solennitate, Testamentum condere possit?*

*An tale Testamentum valeat in vim Codicilli aut alterius cujusvis ultimæ voluntatis?*

*An hæres, qui possessionem rerum hæreditariarum, bona fide adeptus est, tueri se possit oppositione Testamenti, solennitatibus carentis: si certo constet de mente ac voluntate Testatoris?*

*An Heres Legatarii edere cogatur Inventarium, seu descriptionem omnium & singularum hæreditariarum rerum?*

Demnach wir Endsbenandte gebührend ersucht worden/ über vorgesetzte facti speciem, vnd dero beygefugte Quæstiones, vnser Rechtlich Bedencken zu eröffnen: Als haben wir solches in keinen Weg abschlagen sollen/ darauff auch hiervon miteinander reifflich deliberirt, vnd befunden: daß/ so viel die erste Quæstionem (davon zugleich die zwo folgende guten theils dependiren) anbelangt/ bey selbiger allerhand starcke dubitandi Rationes, darumb streittige Disposition gantz für nichtig/ vnd von Vnwürden geachtet werden möchte/ sich ereigen.

## Rationes dubitandi.

1 Quamvis enim tralatitium sit, Principem ad nullam omninò juris civilis solennitatem, dùm ultimum suum Elogium prodit, adstringi. Castrensis, *in l. si quis Imperatorem, num. 1. Cod. qui test am. fac. poss.* Iason, *in l. ex imperfecto. num. 2. Cod. de testam.* Vasquius, *de success. treat. lib. 3. §. 26. n. 1.* Mantica, *tract. de conjectur. ult. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 39.* Marc. Anton. Natta, *consil. 402. num. 46.* Menoch. 2 *consil. 351. num. 8. & 9.* Attamen non exiguæ auctoritatis Doctores, id ad eos tantummodò Principes restringunt, qui præter Deum & Gladium (ut vulgò dici solet) superiorem alium non habent; non qui Imperatorem, vel alium Regem recognoscunt; ut novissimè attestatus est Franciscus de Barry, *tract.* 3 *de success. lib. 1. tit. 2. in princ.* Et in specie Principibus Germaniæ, excepto Imperatore, hanc facultatem non esse, videtur censuisse Sichardus, *in l. sancimus. in princ. num. 18. & 19. C. de donat.* Et voluere idem ante eum, Corneus, Socinus Iunior, & alii, in locis relatis à Capiferreo, *tract. de num. test. part. 1. cap. 23. num. 20.* Ut & rerum Germanicarum callentissimus ICtus, Dn. Henricus à Rosenthal, *cap. 12. conclus. 10. num. 16.* in hanc quoq; sententiam concedit, dum ita scribit: Quamvis ex abundanti concesserim, in Ducatu, vel Comitatu, Ducem, aut Comitem ea posse, quæ Imperatori in toto Imperio licent; nihilominùs videtur id respectu tantùm subditorum intelligendum. Nam si de Testamenti minùs solennis valore, putà tantùm coram duobus, aut tribus testibus conditi, incideret Quæstio, illa apud Superiorem instituenda & agitanda esset: qui haut facilè concederet, hanc personam litigantem, intelligi à potestate & Legibus suis solutam, &c. Cùm enim propter absolutam, Legibusq; liberatam potestatem, quæ competit solis Principibus supremis, *l. Princeps 31. ff. de legib.* Lex quoq; Imperii à solennibus juris (& ità etiam coram septem testibus testandi) eosdem solvat, *l. 3. vers. licet. C. de testam.* Patescit indè, Principes alteri subiectos, quales in Germania Duces, Marchiones, Comites, &c. sunt (quosque Andreas Knichen, Imperii Vasallos Ligios vocat, *cap. ult. in princ. tract. de territor. Iur.* & qui non solùm Feudi, sed & Personæ nomine, Imperatori sunt obligati. Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 13.*) eodem illo non fruisci jure.

Vnd ob schon/ fürs ander/ von vielen dahin geschlossen werden will/ daß die Fürsten vnd Fürstenmässige Ständ deß heiligen Römischen Reichs/ als Mit-Glieder desselben/ vnd wegen ihrer bekanten Hochheit/ fast alle Privilegia, Immunitäten/ vnd Freyheiten/ quæ ipsi Imperatori competunt, haben vnd geniessen/ auch sonderlich absq; solennitate testiren, vnd ihren letzten Willen auffrichten können; So will jedoch nicht ohne Vrsach gezweiffelt werden/ ob solches dergleichen ein Fürstliches Fräwlein zu thun befugt gewesen/ welches kein Stand oder Stimm im Fürsten-Raht/ auch weder Land noch Leut/ noch einig Territorium gehabt/ darinn selbiges regalem & supereminentem jurisdictionem exerciren, oder als ein Fürst gebiethen vnd verbiethen können. Etenim qui 4 talia Privilegia, Principibus, Ducibus, & Comitibus superiorem recognoscentibus adscribunt,

scribunt, causam huius rei hanc suæ assertioni utplurimùm adponunt, quòd illi nempè Regalia habeant, Legisq; condendæ potestatem, & alia jura Principatus: ac ita in Territoriis suis, eandem obtineant potestatem, quam Imperator in Imperio universo. Paulus de Castro, *consil. 34. col. 2. vol. 2.* Alexander, *consil. 1. col. 8. vol. 1.* Decius, *consil. 516. num. 4.* & complures alii, *citati in addition. ad Romani cons. 59.* ut à Cæphal. *cons. 539. n. 15.*
5 Riminald. Iun. *con. 156. n. 1.* Ut & in terminis nostris, Mich. Grass. §. *Testamentum, quæst. 6.* scribit: Principes jure militari, id est, absq; omnibus solennitatibus testari posse; dummodò tales sint, qui non recognoscant superiorem: vel si recognoscant, habeant tamen jura Imperii, sibi à Principe concessa, aliàs
6 non. Pariter banc liberè testãdi potestatem, haud extẽdendam esse ad inferiores, quibus jurisdictio etiam cum mero & mixto Imperio est concessa, luculenter evincunt ea, quæ latè tractat Hartmann. Pistoris, *lib. 3. quæst.*
7 *jur. quæst. 9. per tot.* Et ideò cessante, in hac Illustrissima Testatrice, causâ & ratione privilegii, jus etiam ipsum hoc singulare cessare debere videtur, Andr. Tiraquell. *in tract. cessant. caus. part. 1. num. 204.* Et etiam causa limitata, limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. l. cancellaverat, ff. de his, quæ in testam. delent.* Decius. *consil. 2. volum. 1.*

Für das Dritte/ will auch dieser Disposition vmb etwas in dem Weg stehen/ daß das testirende Fürstliche Fräwlein nicht in ihrem eigenen/ noch auch in ihres Herrn Vatters/ aut familiæ & agnationis suæ, sondern in einem gantz frembden Territorio vnd Bottmässigkeit gewesen/ derowegen allda pro privata persona zu achten/ vnd sich keines Fürstlichen Actus oder Privilegii mit fugen anmassen oder gebrauchen können.

8 Quippeq; nam certi juris est, quòd superior extra Provinciam suam pro privato habeatur, *l. 3. ff. de offic. præsid.* Cothman. *consil. 2. à princ. vol. 5.* & extra territorium nemo jus
9 dicere potest, *l. fin. ff. de jurisdict.* Et pertinet huc, quod Bernhard. Girhardus *Histor. Gallic. lib. 20.* scribit: cùm Sigismundus Imperator, Caroli VI. Galliarum Regis Hospes, Sabaudiæ tunc Comitem, Ducis titulo in Gallicano territorio insignire vellet, impeditum eum fuisse à Regis ministris, eò quòd Imperator in Galliis, tanquam territorio alieno, nullum actum superioritatis exercere possit. Quod & refert Guilielmus Paradinus, *in histor. urb. Lugdunens. lib. 2. cap. 92.* Et disputatum idem fuit in Processu Criminali Mariæ Stuardæ, Scotorum Reginæ, cui in Anglia captivæ, omnia Regia Privilegia denegata, & eà planè ut privata persona condemnata, supplicioque affecta fuit, ut Meteranus, Thuanus, aliiq; Historici produnt.

Wann das testirende Fürstliche Fräwlein/ utpotè in alieno territorio quæ versabatur, inibi pro privata zu halten gewest: als will es das Ansehen haben/ quòd Illustrissimus institutus Hæres, etsi eidem omnia Principum Privilegia competant optimo maximo jure, nichts desto weniger doch in Krafft selbiger/ ex hoc imperfecto, minusq; solenni Testamento in keinem Weg etwas erforderen könne: Quippe Princeps aut Augusta, here- 10
des instituti, jure communi utuntur; *l. cùm heredes, C. qui testam. fac. poss.* Et ex imper- 11
fecto Testamento, nec Imperator hereditatem vindicare potest, *l. 3. C. de testam.*

Zum Vierdten/ weil dieses testirende Fräwlein von ihrem Herrn Vattern vnd Vorfahren nicht dem Römischen Reich immediatè vnterworffen/ sondern der Cron Böheim vntergeben gewest/ möchte auch vielleicht in Zweiffel gezogen werden/ Ob die Silesische Fürsten den ohnmittelbahren Fürsten vnd Fürstenmässigen Ständen Imperii Romano-Germanici, ratione Dignitatis, Privilegiorumque Principalium zu vergleichen: vnd dieses so von Rechts oder Gewonheit wegen den Teutschen Fürsten gebührt/ sich mit fugen anmassen können.

Etenim Silesiæ Principes non Impera- 12
tori, & Imperio immediatè subjecti, nec ita liberi esse videntur & absoluti, ut ii, qui in Germania sunt, & illius Imperii membra existunt, autocraticoque jure gaudent. Ritter, *d. homag. cap. 4. num. 81.* Hucque perti- 13
nere videtur, quod in Speculo Saxonico, *lib. 3. art. 58.* duo genera Principum recensentur, & ibidem Glossa ait: wisse aber/ daß der Fürsten zweyerley seynd/ etliche heissen schlechte Fürsten/ etliche deß Reichs Fürsten. Deß Reichs Fürsten aber solt du bey dreyen Dingen erkennen/ das erste ist/ daß sie keinen Lehen-Fürsten zum Lehen-Herrn haben/ dann den König (putà Imperatorem) allein. Das ander ist/ daß sie ihr Fürstenthum mit einem Fahnen oder Scepter empfangen sollen. Zum dritten sollen sie solch Land haben/ die ein Fürstenthum heissen. Quæ cuncta ferè in Illustrissima nostra Testatrice deficere videntur. Et porrò, quòd in Silesia Jus Saxo- 14
nicum sit in usu, innuit Schifordegher, *lib. 1. tract. ult. quæst. 7.* Parilis ferè differentia est, inter Italiæ, & Franciæ, ac Neapoleos Duces. Rudolphin. *de Ducib. Ital. num. 171.*

Letzlichen/ vnd zum Fünfften/ gesetzt/ es 15
hätte das Fürstliche Fräwlein/ propter Illustrissimam dignitatem, absque omni solennitate juris testiren können; So möchte doch gar scheinlich fürgewendt werden/ daß diese Ihrer Fürstl. Gnaden Verordnung/ nicht allein ratione solennitatum, sondern zumal ratione voluntatis, imperfect vnd mangelhafft seye/ indem nemlich mehr hochgedacht Ihre Fürstliche Gnaden vor deren

seligem

seeligem Ende/ coram notario & Testibus; ac ita solemniter testiren wöllen/ aber durch zu bald erfolgten Todfall/ hieran verhindert worden.

16 Dicitur autem Testamentum imperfectum ratione voluntatis & illud, quandò scriptum, non tamen lectum, aut publicatum coram testibus fuit. Peck. *d. test. coniug. 1. cap. 18.* Cephalus, *consil. 294.* ubi attestatur
17 de communi. Ac tale itidem reputatur pariter & istud, si scriptura Testamenti à testatore publicari destinata, coram testibus & Notario postea publicata non sit, juxta *l. fideicommissa 11. §. 1. ff. de legat. 3.* Bartolus, *in l. si is qui, ff. qui testam. fac. poss.* Alexander, *consil. 96. num. 9. lib. 3.* Decius, *consil. 488. num. 15. vers. præterea.* Iason, *consil. 68. col. ult. lib. 1.* Ruinus, *consil. 15. n. 11. vers. & imprimis, lib. 2. & consil. 1. num. 8. lib. 3.* Franciscus Hotomannus, *consil. 55. num. 12. & 13.* Menochius, *consil. 42. n. 14. lib. 1. & præsumpt. 5. num. 7. cum aliis ibi allegatis.* Ac porrò si Testamentum sit imperfectum voluntatis ratione, tunc nec sustineri potest, utcunque aliâs privilegiatum esset: &
18 ita non valet Testamentum inter liberos, si sit voluntatis ratione mancum. Ita sentit glossa, *in l. si is qui, ff. de testam.* quam omnes sequuntur, ut dicit Riminaldus, *in l. hac consultissima, 21. §. ex imperfecto, C. de testam. à princip.* illamque communiter approbatam esse
19 testatur Ruinus, *consil. 15. num. 2. lib. 2.* Ac si reperiatur schedula scripta, vel subscripta manu propriâ ipsius Testatoris, continens ejus ultimam voluntatem, disponendo de bonis suis, in favorem etiam piæ causæ, hoc tamen casu tenendum esse ajunt, quòd talis schedula non sustineatur in vim Testamenti, neque alterius ultimæ voluntatis, propter favorem ipsius piæ causæ: ex quo nullam habet formam, propter quam illi debeat fi-
20 des adhiberi. Ejusmodi enim schedulam, magis præparationem ad disponendum, quàm dispositionem aut declarationem voluntatis haberi debere, Socinus Iunior, *cons. 189. num. 73. lib. 2.* ait, ubi enumerat authoritates plures.

## *Rationes decidendi.*

Ob nun bißhero angedeute Rationes diese Sach nicht wenig zweiffelich machen/ und so viel verschaffen scheinen als wann gegenwertige Disposition gäntzlich und durchauß von ohnwürden; dessen jedoch samptlichen/ und anders mehr/ so hierwider vorgebracht werden möchte/ und wir reifflich erwogen/ ohnverhindert/ seynd wir der gäntzlichen meinung/ daß offt hochgedachten Fürstlichen Fräwleins endliche verordnung (und daran/ quoad enixissimam voluntatem man ledig nicht/ und in keinen Weg zu zweifflen) von Recht und Billichkeit wegen/ gültig/ auch allermassen selbige zum andernmal auff das Papyr gebracht/ und von ihrer Fürstlichen Gnaden/ in præsentiâ Servitii Aulici, an underschiedlichen stellen subsignirt oder underschrieben worden/ omnibus simul unà circumstantiis perpensis, ohne widerred zu exequirn und zu vollziehen seye.

Dann für das Erste/ hieoben in primâ dubitandi ratione bereits mit vieler Ansehenlichen Rechts-Lehrer Stimm und Meinung erhalten worden: quòd Princeps nul- 21
las, nisi meri juris gentium solemnitates, in condendo suo ultimo elogio, observare teneatur. Und obwol etliche Doctores, als Cynus, *in l. si quis Imperatorem, in princ. C. qui testam. fac. poss.* Bartolus, *in l. cùm heredes, num. 1. ubi* Salicetus, *num. 1. C. dict. tit.* Iason. *in l. si frater, in princ. C. eod.* dahin incliniren wollen/ quòd etiam Princeps nullâ, dum ultimum arbitrium conscribit, præeminentiâ fruatur, sed potiùs activè & passivè simul, in condendis Testamentis jure privati utatur.

So wird doch diese Meinung à Fride- 22
rico Prukmanno, *in tract. de Regalib. §. soluta potestas, cap. 4. membr. 3. effectu 1. fol. 647. & seqq.* satis operosè widerlegt/ dahin wir uns geliebter kürtze halben gezogen haben wollen.

Undè porrò consequentia justâ Docto- 23
ctores vulgatissimo scito deducunt: Licèt in reliquis Testamentis, fœmina non possit esse testis, *l. qui ex Testamento, §. mulier, ff. de testam. & §. Testes autem instit. eod tit.* Tamen fæmineum testimonium, in Testamento facto à Principe valere, non secus, ac Testimonium masculorum: Et proinde per duos testes, etiam fœminas, sat erit probari, Testamentum à Principe fuisse factum. Ac ut in 24
tali Testamento, ea solemnitas cessat, quòd testes sint masculi, eadem ratione cessabit & solemnitas illa, quæ in reliquis Testamentis desideratur, ut nempe testes sese subscribāt, juxta *l. hac consultissima, in princ. C. de testam. & §. Sed cum paulatim, Instit. eod.* Et licet in pri- 25
vatorum Testamentis, signaculis testium sit opus; *d. l. hac consultissima. & d. §. sed cum paulatim, l. ad Testium, §. fin. ff. eod.* tamen illud remissum est in hoc Testamento. Insuper etsi 26
Testamenta regulariter fieri debeant uno contextu; attamen in Principis Testamento id ut fiat, opus haud esse dicit Author gravissimus, Fernandus Vasquius, *in tract. de success. creat. lib. 3. §. 26. in princ.* Qui & ibidem ad- 27
dit, quòd in Testamento facto à Principe, nō sit necesse, ut testes sint in conspectu testantis, nō magis, quàm in actibus inter vivos, in quibus expeditum est, non oportere, quòd testes in præsentiâ contrarium existant, secundùm sententiam veram & communem: quàm tenet Castrensis, *in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqu. pluv. arcend.* Quamque communiter approbatam dicunt Alexander. *num. 6.* & Iason. *num. 9. in l. si non speciali. C. de Testam.* Prætereà in Testamento Principis necessum 28

non eſt, teſtes eosdem toti Teſtamento præ-
ſentes fuiſſe; quinimò ſat erit, contenta in
Teſtamento noviſſe: ſivè tempore Teſta-
menti, ſive antea, ſive poſtea: Et inſuper
ſufficiens erit, quòd quidam teſtium pro-
bent certam teſtamenti partem, alii verò
teſtes reliquam Teſtamenti partem; vel
quod quidam teſtificentur, Principem fuiſſe
præſentem ad quandam Teſtamenti par-
tem; alii verò teſtes reliquæ Teſtamenti par-
ti Principum adfuiſſe deponant. Ita ut hâc
in re pro formâ illius Teſtamenti requiratur
aliud nihil eaq; ſola probatio exigatur, quæ
depoſcitur in actibus inter vivos: Vasquius
29 *dict.loc.* Et id quoque Teſtamentum non vi-
tiabitur per abbreviaturas, vel ex eo, quòd
per notas inſolitas conſcriptum invenitur,
prout cuncta hæc non Vaſquius ſolùm, ſed
& Raudenſis, *de analog. univoc. & æquivoc. lib.
1. cap. 28. per tot.* longo ſtylo docent.

Dieſes Privilegium aber gebüret pro ſe-
cundo, nicht allein den jenigen Fürſten vnd
Herrn/ ſo in ihren Landen Abſolut: oder Kö-
niglichen Gewalt/ ſondern es wird auch com-
muniſſimè, vnd vnwiderſprechlich den infe-
rioribus Principibus, vnd ſelbigen zugeſchri-
ben/ welche einem andern Herren vnterworf-
fen/ da ſie allein Fürſtlichen Titul/ Ehr vnd
30 Würde haben. Et in ſpecie, non ſolùm Su-
periores, ſeu ſupremos Principes; Verùm
etiam Inferiores, Teſtamentum taliter con-
ſcribere poſſe, Privilegioque ſine ſolemnita-
tibus teſtandi gaudere, primi voluere, Barto-
lus & Franciſcus Piſanus (qui jure factum
eſſe, Teſtamentum taliter à quodam ex Ur-
ſina conſcriptum aſſeruere) Eosq; referunt
Baldus. *in l. ſancimus, in princ. num. 5. Cod. de
donat.* Iaſon. *in l. ex imperfecto, num. 2. Cod. de
teſtam.* Capyzius, *deciſ. 203. num. 3. circ. med.*
Mantica, *de conjectur. ultim. volunt. lib. 6. tit. 1.
num. 39.* Menochius, *conſil. 331. num. 9.* Et quo-
que ad ipſum diſcretè itidem decidunt Alex-
ander. *in l. omnium, num. 8. Cod. de teſtam.* Ca-
piferreus, *tract. de num. teſt. part. 1. cap. 24.
num. 6.* Eaque opinio ultrà quòd ſit commu-
nis, firmiſſimam etiam rationem habet.
31 Namque Duces, Marchiones, reliquique
Principes, quibus perpetuò Dignitas Rega-
lis in ſuo Principatu eſt conceſſa, jura obti-
nent Imperatoris. Cacheranus, *deciſ. 88.
num. 17.* Borcholt. *tract. de feud. cap. 5. num. 37.*
qui communem dicit, Paulus de Caſtro, *con-
32 ſil. 34. num. 2. volum. 2.* Et ab Imperatore, nil
niſi ambitus ratione, ceu Scapha à navi dif-
ferre cenſentur, Baldus. *in Rubric. num. 1. quæ
33 ſint Regal.* Inſuper Duces, aliosque Princi-
pes Regalia habentes, exercere poſſe pleni-
tudinem poteſtatis, (& ſic omnia exinde re-
ſultantia Privilegia habere, quæ ipſis non
expreſsè adempta reperiuntur) ſuperiorem
quamvis recognoſcant, uſu adprobatum,
communiterque receptum eſſe, docet Ludo-
vicus Rudolphinus, *tract. de ſuprem. ſeu abſo-
lut. Princip. poteſt. cap. 2. num. 5. &c.* Sic &
Boſſius, *in tit. de crim. læſ. Maieſt. n. 55.* ſcri-
bit, eo ipſo, quòd quis eſt Dux creatus, ſimul
eum habere Privilegia eorum, quibus com-
petit plenitudo poteſtatis, etiamſi ſuperio-
rem recognoſcat. Et ita quoque tenent Lan-
cellotus Conradus, *in templ. omn. judic. lib.
1. cap. 4. de Duce, num. 11. verſ. quocirca.* Ale-
xander, *conſil. 1. ponderatis his, ſub n. 13. verſ.
non obſtat etiam, volum. 5.* Alciatus *conſil. 5.
quia privilegium, num. 26. verſ ſexta concluſio,
lib. 4.* Natta, *conſil. 402. viſis Actis, ſub num.
21. redeundo modo.* Marcus Antonius Peregri-
nus, *in tract. de iur. fiſci. lib. 1. tit. 2. de his, qui
iura fiſcalia habent, num. 79. verſ. ſed adverte.* 34
Ac latè id perſequitur Petrus Antonius de
Petra, *de poteſt. Princip. cap. 3. q. 4.* qui idem
*cap. 4.* multis autoritatibus probat, quòd ſi-
cut valet Teſtamentum Imperatoris ſine ſo-
lemnitate, ita etiam & Teſtamentum cujus-
libet alterius Domini inferioris, robur ha-
bere. Idque vulgò comprobari item ſolet 35
ex Coronâ Aureâ, cum gemmis & lapidibus
precioſis affixis, ſeu inſculptis, quâ Duces,
coronari ſolent: ut atteſtatur Marinus Frec-
cia, *in tract. de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux,
num. 44. & num. 45. lib. 2.* Quæ talem eminen-
tiam honoremq; deſignat, quemadmodum
Paris de Puteo, *in tractat. de duell. quæſt. 5. §.
quoniam, num. 5. verſ. in qua quæſtione, lib. 7.* &
Lancellotus Conradus, *in templ. omn. iudic.
lib. 1. cap. 1. §. 1. in princ. ſub num. 12.* aſſer-
tant.

Wann nun deß teſtirenden Fürſtlichen
Fräwleins Herr Vatter/ vnd ſamptliches
Geſchlecht/ wie (geliebts GOtt) in Reſpon-
ſionibus ad quartam dubitandi rationem,
mit mehrerm angezeigt werden ſolle/ Vhr-
alte Hertzogen vnd rechte Fürſten ſeynd: als
ſchlieſſet ſich hierauß/ daß ſelbigen dergle-
chen Fürſtliche Freyheiten/ vnd alſo auch oh-
ne Zierligkeit der Rechten zu teſtirn/ in alle-
weg gebüren thue.

Auß welchem dann fürs dritte/ noch fer-
ners erfolgen thue/ daß nicht weniger das Pri-
vilegium abſque ſolemnitate, zu diſponi-
ren, einem Fürſtlichen Fräwlein oder Toch-
ter/ auß derogleichen Geſchlecht entſproſſen/
mit keinen Fugen abgeſtrickt oder benommen
werden möge: welches mit gutem Grund zu-
bezeugen/ vorderiſt in Acht genommen wer-
den ſolle/ quòd Princeps duplicem ha-
beat poteſtatem, ac duplicia item Privilegia
ei competere videantur. Ac nempè quædam 36
quaſi realia cenſentur, quæ utpotè ipſi com-
petunt intuitu juriſdictionis ſublimioris,
quæ territorio inhæret; vigore nempè cu-
jus extraordinaria, Legibusque ſolutâ pote-
ſtate utitur, ferè conſimili ei, quam habet
Imperator in Imperio univerſo. Alia per-
ſonam magis ſubſequuntur, Principeque
non

non territorii, sed dignitatis, ac Illustrissimæ nobilitatis, fideique & legalitatis competunt ratione, id quòd apertè probat *Lex Princeps. 31. ff. de Legib.* ubi Legibus soluta potestas, Principi adscribitur, Augustæ verò tantummodò tribuuntur Privilegia, quæ
37 Princeps habet. Et ideò Differentia necessariò erit constituenda, inter eam potestatem, quam Princeps intuitu Imperii, seu Regni habet (& quæ planè incommunicabilis est, Sixtinus, *de Regalib. libr. 1. cap. 5. à princ.*) ac inter illa Privilegia, quæ Princeps Augustæ communicare solet. Augusta enim non fit verè Princeps, Imperiivè & potestatis absolutæ consors; esset enim id contra Monarchicam imperandi rationem. Cùm verò Augusta Principis Privilegiis fruatur: sequitur omninò, quòd aliud sit Legibus soluta & extraordinaria potestas; ossibus Principis (ut loquuntur) inhærens: aliud Privilegium Principis, com-
38 municatum Augustæ. Talibus autem Principum personalibus Privilegiis accenseri solet, quòd Principis præsentia reliquarum solemnitatum defectus in Testamentis privatorum suppleat. Iulius Clarus, *in §. Testamentum. quæst. 56. numer. 7.* Chassanæus, *in Catalog. glor. mund. 5. part. consider. 24. special. 89. & 124.* Vasquius, *tract. de succession. creat. §. 26. numer. 1. & num. 8.* Emanuel Soarez, *commun. opin. lit. T. num. 41.* Peckius, *tract. de testam. coniug. lib. 3. c. 24.*
39 *numer. 2.* Sic & Donatio, quam Princeps confert in Augustam, *l. pen. Cod. de donat. int. vir. & uxor.* Peckius, *de testam. coniug. lib. 3. cap. 26.* aut in filium, Bernhardus Græværus, *lib. 2. conclus. pract. conclus. 39. num. 25.* & econtrà, valet. Sic porrò Do-
40 nationes Imperiales, aut quæ, à privatis Principi fiunt, non monumentis indigere judicantur, *l. 34. vers. exceptis, & Authent. subseq. Cod. de donat. Novell. 52.* Cùm id, quod super Donationibus apud Acta conficiendis, in jure nostro sancitum est, hâc solùm inductum sit ratione, clandestinis nè aliàs fraudibus, facilè quidvis pro negotii opportunitate confingi, vel id, quod verè gestum est, aboleri possit, *l. 27. C. de donation.* Quæ omnia & alia consimilia multa, non territorii, Imperii, ejusque eminentiæ
41 competunt respectu. Sicque etiam Principes territorio carentes (quos vulgò Abgefundene Herrn/ aut etiam apanagiatos vocamus, so ein gewisses Deputat haben/) Privilegia quædam personalia sibi vindicare solent: pariter ut Nobiles alia Privilegia habent quatenùs nobilitati, vel ex nobili familia prognati sunt; alia, quatenus libera, Imperioque immediatè subjecta castra, pa-
42 gosvé tenent. Et hæcce eadem Privilegia illa omninò sunt, quæ Augustæ quoque communicata censentur, adeò, ut Boerius, *decis. 228.* & Simon. de Prætis, *lib. 2. interp. 1. dub. 2. fol. 3. num. 15.* decidant, fieri posse Testamentum coràm Principis uxore, nulla alia adhibita juris solemnitate. Quod au- 43
tem illa Principum Privilegia personalia, pariter quoque ut Augustæ, ita consimiliter, filii, filiabusque ipso jure tributa sint, ex eo convinci potest: quia nempe Principes, Duces, Fürsten/ Fürstinen/ etiam patre vivente vocari solent, Iason, *in l. in suis. ff. de liber. & posthum.* Quippè Nominum iden- 44
titatem arguit rei ipsius, *l. idem Cod. de codicill.* Bartolus, *in l. Gallus, §. instituentes, ff. de liber. & posthum.* & ex nominis solius appellatione, aliquis jus acquirit: *can. Sacerdotibus, caus. 11. quæst. 1. ubi gloss. in verb. appellat.* Huc quoque confert, quòd Pater & Liberi, 45
pro unâ eademque persona reputentur, *l. fin. Cod. de impub. & al. Substit. l. cùm scimus, Cod. de agricol. & censit. lib. 11.* item textus est *in Authent. de iureiur à morient. præst. l. tàm ex contractibus, ff. de iudic. l. pater filio, ff. de minor.* latè Hippolitus, *in singular. 160.* Et in specie, quòd Liberi utriusque sexus, 46
habeant Privilegia patris, disertè respondetur *in l. fœmina. 8. & duab. seqq. ff. de Senator.* ubi etiam id ex professo tractant Doctores, & simùl illud dicunt, dignitatem profectam à Patre, majoris esse efficaciæ, quàm illa, quæ procedit à marito, Baldus, *ad dict. leg. 8.* Pater enim & filius una est persona, Tusch. *lit. F. conclus. 351.* Filiusque patrem repræsentat. Tusch. *ead. lit. F. conclus. 352.*

Vnd dieses noch mehrer zu bestärcken/ können auch derowegen den Fürstlichen Kindern die Privilegia personalia, Patri competentia nicht entzogen werden: quia etsi vulgò à Politicis ac Iureconsultus tradatur? Regem cum filiis suis, non tanquam Patrem 47
cum subditis suis disponere posse: cui enunciato patrocinantur Doctores, *in l. qui iurisdictioni. 10. ff. de iurisdict. per text. in l. in privatis. 77. ff. de iudic. l. si quis forte. 7. §. pen. ff. de pœn.* In Principibus tamen, Comiti- 48
bus, & aliis Statibus Imperii, qui dignitatem & potestatem suam, non proprio jure, sed à superiore, Imperatore, vel potiùs ipso Imperio consecuti sunt, & in pari dignitatis gradu, cum liberis suis constituti videntur, idem locum sibi vindicare nequit. Haud enim filii Principum & Comitum Imperii, minùs Principes Imperii sunt, & ita nominantur, Patribus viventibus, quàm illis defunctis. Hæc etenim qualitas dignitatis, tributur familiæ toti: ut quicunque ex ea nascatur, illa præditus existimetur: daß sie Alle/ die von dem Stammen gebohren werden/ deß Heiligen Reichs Fürsten vnd Grafen seyen; ut in terminis loquitur, exacti judicii Iureconsultus, Nicol. Betsius, *tract. de pact.*

*pact. famil. Illuſtr. cap. 8. fol. 436.* Sic & Mode-
ſtinus Piſtoris, *Illuſtr. qu. part. 4. quæſt. 169.* ita
49 ſcribit: ſi Quæſtio ſit de Nobili, qui eſt Do-
minus alicujus Territorii, & in eo territo-
rio, oppidulo, ſeu villâ, Imperium habet jure
proprietatis, non puto, filios ipſius, jurisdi-
ctioni ejus ſubjectos, ſed ipſi in dignitate pa-
res eſſe: cùm illi in tali Imperio & Domino
territorii, aliquandò Domini exiſtant, *arg. l.*
*in ſuis. 11. ff. de liber. & poſthum.* Cùm ergò tali
50 caſu pater & filius (etiam filia) æquè ſint
Nobiles, & ejusdem dignitatis, puto, hic Re-
gulæ, quòd par in parem non habeat Impe-
rium, locum eſſe. Conſentit Ziegler. *in Aur.*
*prax. Calvoli, concluſ. 1. §. Nobiles, num. 14.* Mat-
thias Stephani, *libr. 1. de iurisdict. cap. 1. num.*
51 *73. & ſeqq.* Et quamvis nonnulli dicant hoc
poſſe procedere in filiis maſculis, ſucceſſori-
bus in principatu, non autem in fœminis,
quæ ab eo excludantur: id tamen Nicolaus
Betſius, *dict. loc. fol. 437.* omninò negat, ubi
hiſce verbis ſcribit: Sufficit, ſui natura &
regulariter liberos omnes (utriusque ſexus)
Principis, frui debere iisdem privilegiis &
commodis, quibus pater, quia ſcilicet o-
52 mnes liberi ejusdem, & titulati exiſtunt. Et
pertinet hûc, quòd ut Princeps in confir-
mandis Statutis ſubditorum ſuorum, ſem-
per cenſetur excepiſſe ſuam perſonam, ea
ratione, quòd in generali diſpoſitione non
includitur perſona loquentis, *l. inquiſitio,*
53 *Cod. de ſolut.* Ita quoque id locum habet re-
ſpectu omnium ſuorum liberorum & ſan-
guine conjunctorum, ſicuti tradunt Petrus
& Cynus, *in l. inquiſitio.* & egregiè Baldus,
*in l. cùm acutiſſimi, num. 6. Cod. de fideicommiſſ.*
aliique congeſti à Tiraquello. *in tract. de pœn.*
*cauſ. 51. num. 79.*

54 Quamvis autem Rolandus à Valle, *con-*
*ſil. 86. volum. 1. num. 38. verſ. Venio ad ſecundum:*
in caſu diſpoſitionis Comitis cujusdam pro-
bare conetur, dicta diſpoſitione confirmatâ
à Vicario Imperii, Marchione Montis Ferra-
ti, nomine Imperatoris, ligari filias, & ſoro-
res, reliquosque deſcendentes dicti Comitis:
illi tamen conſtantiſſimè contradixiſſe, *in*
*conſil. 250. volum. 3.* Menochium, refert Ful-
vius Pacianus, *de probation. lib. 2. cap. 3. num.*
55 *143.* & eundem ſequitur ibidem. Ac quod
Statuto de lucrandâ dote, non ligetur filia
Principis, vel Comitis, tradunt Rolandus à
Valle, & Franciſcus à Solis, *in tract. de lucro*
*dotis,* ille, *qu. 83.* hic verò *qu. 15.* latè Schultes,
*pract. qu. lib. 1. c. 3.*

Wie nun biſſhero verhoffentlich zur Ge-
nüge dargethan worden / quòd Privilegia
Principi, ratione tituli, generis, dignitatisq;
perſonæ competentia, auff alle ſampt vnd
ſonders / ſo ſelbigen Geſchlechts Titul / Ehr
vnd Würde / gehörig: Alſo iſt ebenmäſſig gar
nicht zu zweifflen / dann daß die facultas, li-
berrimè & absque Iuris Civilis ſolemnita-
tibus zu teſtiren / kein derogleichen Privile-
gium ſeye / welches Legibus abſolutæ, & ple-
nitudini poteſtatis, territorialivè Iurisdi-
ctioni, dem Fürſtenthumb / oder deſſen Re-
gierung einiglich nachfolgig: ſondern viel-
mehr / Perſonæ Principali, propter dignita-
tem & fidem anhängig ſeye: in Bedenckung
ſolches Privilegium, nicht allein einem pri-
vato, offtermals gegeben wird; Non rarò 56
enim tale alicui Privilegium ab Imperatori-
bus datur, ut poſſit absque ſolemnitate te-
ſtari. Ac ſi alicui ſit conceſſum Privilegium
liberè teſtandi, tunc eidem etiam intelligi-
tur remiſſa obſervatio ſolemnitatum, quas
habet Ius Civile; Albericus, Baldus, Iaſon,
Salicetus, Fulgoſius, & alii, *in l. ſi quando, Cod.*
*de inoffic. teſtam.*

Sondern es iſt auch ipſo jure, ein Vatter 57
befügt / ohne Zierlichkeit zu teſtiren; & va-
let tunc Teſtamentum; etiamſi in eo non
interveniant ſolemnitates à jure Civili re-
quiſitæ; de hocque eſt textus expreſſus, *in*
*l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, Cod. de te-*
*ſtam.* ſed inibi ſolummodò attenditur diſpo-
ſitio gentium juris; ut dicit Bartolus, *in §.*
*Ex imperfecto, in fin. verb. Inſtit. de teſtam.* & ita
tenent omnes, teſte Iaſone, *in Authent. no-*
*viſſima, num. 16. Cod. de inoffic. teſtam.* Sic pari-
ter Milites hoc jure gaudent, *t. t. ff. Cod. &*
*Inſtit. de militar. teſtam.*

Welches alles nicht geſchehen köndte /
wann derogleichen Privilegium incommu-
nicabilem, aut territorio, ejusve Regimini
adhærentem poteſtatem concerniren / oder
ſelbigem allein anhängen thäte.

Zum vierdten / hat in gegenwertigem Fall /
ſolches alles deſto mehr ſtatt / vnd ſol dieſes
Fürſtlichen Fräwleins Teſtament / auch der
Vrſachen wegen nicht vmbgeſtoſſen / wider-
ſprochen / oder ſtreittig gemacht werden / weil
ſelbiges einen Fürſtlichen Stand / jhr eigne
Cantzley / auch Fürſtliche Hofdiener / vnd
Dienerin gehabt / jhre Rechtfertigung activè
vnd paſſivè je vnd allwegen / ſo wol an Kai-
ſerlicher Majeſtät Hof / als anderſtwo ge-
führt: Zumal ſolche jetzt ſtrittige Diſpoſi-
tion in beyſeyn angedeuter jhrer fürnehmſten
Geiſtlichen vnd Weltlichen Officir, Diener
vnd Dienerin / theils / nach dem es durch jh-
ren Secretarium verfaſt geweſt / ſubſcribirt:
Alſo / daß die jenige Rationes vnd Vrſachen /
darumb man einem Fürſten das Privilegium
absque juris ſolemnitatibus zu teſtiren, at-
tribuiret, ſich allhie ſampt vnd ſtattlich befin-
den thun. Quippe rationem; cur Impera- 58
tori, reliquisque Principibus Summis, ſine
ſolemnitate ulla, præſertim verò teſtium
convocatione, integrum ſit, atque liceat fa-
cere Teſtamenta, hanc credunt eſſe Inter-
pretes noſtri; quòd illis maxima ſemper
adſit copia Virorum Clariſſimorum, alio-
rumque Miniſtrorum, quorum præſentia;

nulli

nulli fraudi, nullique dolo, aut falsitati relinquat locum, Baldus, *in l. omnium, in princ. per illum text.* ibique Iason. *num. 1. C. de testam.* Tiraquell. *tract. de nobilit. cap. 20. num. 181.* & ita etiam dici solet, Donationes Illustrium personarum, non egere insinuatione. Bald. *in l. sancimus, Cod. de donat.* eamque ibidem,
59 *num. 4.* rationem subdit; quòd eiusmodi personæ illustres semper suum habeant Comitatum; & publicè fieri dicatur, quod ab illis fit, quibus tot Proceres assistunt: indeque porrò omnis fraus, & dolus excludatur: Cumque in hoc in nostro casu militet huius privilegii causa, adsit habilis persona (Principissa nimirùm Aulam, & Aulicos Officiales habens) non sanè videmus, cur cessare, vel quiescere hîc debeat effectus, per jura vulgò vulgata.

Zum Fünfften ist hierbey auch dieses zu erwähnen / daß/sowol die Testirerin/ als der institutus Heres, so ab intestato proximiores, vnd diese Dispositionem widerfechten möchten/samptlich Fürstlich.hohen Stands Personen seynd / welche gegeneinander in keinen Weg das jus strictum, eiusque apices odiosos in Acht nemmen / sondern ex mero naturali, gentiumque jure, ihre gegeneinander habende Streittigkeiten erörtern sollen.

60 Quam eandem quoq; ob causam, omnes Principum contractus bonæ fidei esse dicuntur, ut docet Franciscus Hotomannus, *consil. 15.* & idem firmant Decius, *consil. 4. n. 2. in fin.* Tiber. Decian. *consil. 12. num. 3. lib. 3.*
61 Solennitates autem Testamentorum, juris omninò positivi, seu civilis existunt. De jure enim gentium, imò & naturali, unusquisq; de rebus suis disponere potest per ultimam voluntatem; sicut vigore eorundem jurium celebrari queunt permutationes, & alii contractus; De jure verò civili est, quòd hoc tantùm, vel illo modo, & cum hac, vel illa solennitate, & non aliter, per ultimam voluntatem disponatur, juxta leges particulares, aut consuetudines præscriptas cuiusvis Reipublicæ aut loci: sicut etiam jure civili, multa circa Contractus, Legibus ac consuetudinibus, variis in locis sunt introducta, Ludovic. Molina, *de Iustit. & Iur. tract. 2. disp. 124. in fin.*

Nun solle man aber diese minutias in Fürstlichen Testamenten desto weniger exigiren / weil solche zumal den privatis odiosæ
62 vnd hochverdrüßlich seynd. Ita enim vetus inscriptio Neapolitana memoratur à Cujacio, *in Recitat. ad Codic.* in qua ex more prisco, titulo monumenti voluntatis suæ quidam hæc verba præscripsit: Dolus malus,
63 & Juriconsultus abesto. Ac simile huiusmodi Testamentum commemorat Scævol. *in l. Lucius Titius 88. §. 17. ff. de legat. 2.* quod & ipsum adscribere placet: Lucius Titius hoc meum Testamentum scripsi, sine ullo Juris-perito: rationem animi mei potiùs secutus, quàm nimiam & miseram Legum diligentiam: Et si minùs aliquid legitimè, minusve peritè fecero, pro jure legitimo haberi debet hominis sani voluntas.

Vnd daß gegenwärtig testirende Fürstliche Fräwlein auch dieser Meinung gewest/ ist der Vrsach desto weniger zu zweiffeln/ weil selbiges ihren hochgeehrten Freund vnd Gutthäter instituirt. At verò in Testamento 64
facto ad amicum, propter ardorem liciti amoris, subintelligitur Clausula Codicillaris, seu omni meliori modo, ut post Vasqui. tradit Iohannes Dauth. *in tract. de testam. fol. 324. num. 431.* & Gabriel. Romanus, *lib. 4. recept. conclus. tit. de testam. conclus. 5. num. 2. versic. primò limita.*

In gleichem / weil die Solennitates Testamentorum der Vrsachen introducirt, nè 65
nimia fraudis facilitas, quæ morte Testatoris alioqui tegeretur, aliquid possit audere; *l. si unus 12. l. hac consultißima 21. C. de testam. l. fin. C. de codicill. l. 3. ff. Vnd. liber.* Clarus, *§. Testamentum, quæst. 56.* Covarruv. *in cap. cùm esses. num. 8. de testam.* Ripa, *ad l. nemo, num. 27. ff. de legat. 1.* Alciatus, *ad l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. num. 11. & 12. ut & lib. 6. paradox. cap. 7.* Donellus, *lib. 6. Comment. cap. 7.* In gegenwärtigem Fall aber einige Ohngebühr oder Gefährlichkeit/ tàm ratione Testatricis, quàm instituti Heredis, mitnichten zu vermuthen; derohalben kan man/ propter talium solennitatum defectum, dieses Testament mit keinen fugen/ & absque aliqua sugillatione integerrimæ famæ, Celsissimi Domini Heredis, gar nicht verwerffen. Nempe cùm con- 66
stat, fraudem non intervenisse, debetur hereditas etiam ex minus solenni testamento, ut multi Doctores magni nominis concludunt, apud Menoch. *lib. 1. præsumpt. 80. num. 13. & seq.* & Mascardum, *vol. 3. de probat. conclus. 1352. num. 16. & 17.*

Zum Sechsten / diese vnsere Decision noch mehr zu bestärcken / kan ebenmässig ex persona Dominorum heredum ab intestato, ein starck ohnwiedertreiblich Argument pro Illustrissimo Domino instituto Herede genommen werden. Namque cùm Principes honestate, æquitate, & pietate præ cæteris conspicui esse, hisque virtutibus operam quàm maximè debeant dare: Als werden deß testirenden Fürstlichen Fräwleins nächste Verwandten ihren ohnzweiffenlichen letzten vnd liebsten/ geminatâque Scripturâ prodirten Willen / in einigen Weg anzufechten / sich ohnzweiffenlich nicht vnternemmen. Etenim honestum, æquum, & pium est, voluntates defunctorum, etiam imperfectas, sed tamen certas, conservari. Et heres ab in- 67
testato, quomodocunque non habeat defuncti voluntatem, licèt id ex actu etiam invalido cognoscatur, honestè succedere non potest,

potest, ut in terminis Socinus Iunior tradit, *consil.145. num.7. & num.12. volum.2.* Nec omnia, quæ jure stricto licent, honesta etiam censeri debent; eiusq; sententiæ apertè
68 fuit Plinius Iunior, gravissimus Author. Is namque *lib.2. Epistolarum,* sic ad Annianum scribit: Admones me Codicillos Attiliani, qui me ex parte instituit hæredem, pro non scriptis habendos, quia non sunt confirmati Testamento. Quod jus nec mihi quidem ignotum est, cùm sit iis etiam notum, qui nihil aliud sciunt. Sed ego propriam quandam legem mihi dixi, ut defunctorum voluntates, etiamsi jura deficerent, quasi perfectas tuerer. Constat enim, Codicillos illos Attiliani manu scriptos. Licèt ergò non sint confirmati Testamento, à me tamen ut confirmati observabuntur. Et pariter ille idem, *lib.5.* in hunc modum ad Calvisium scripsit, Hoc enim, si jus aspicias, irritum: si defuncti voluntatem, ratum & firmum est: mihi autem defuncti voluntas (vereor, quam in partem Iurisconsulti, quod dicturus sum, accipiant) antiquior jure est.

**Wann nun Plinius, als ein Heyd/dieser Meinung gewesen/ wie vielmehr soll solcher** Æquanimitát **ein jeder Christlicher Fürst sich befleissen?** Maximè, cùm Testamentum, cui desunt solennitates, jure positivo requisitæ, validum nihilominùs existat in con-
69 scientiæ foro. Quippè nam etsi Covarruv. *cap.10. de testam. num.11.* edocere conetur, tale Testamentum etiam in foro poli non valere, adeò, ut hæres in tali Testamento institutus, ut & Legatarius quoque teneantur ad restitutionem hæredibus ab intestato; Contraria tamen sententia magis communis est, quod nec ipse Covarruvias negat: eumque ingenii duntaxat ostentandi gratiâ, adversam sententiam defendere fuisse conatum, Ludovic. Zuntus, *in consil.pro uxore,*
70 *num.41.* prodit. Hæcque sententia, invincibile item robur ex eo habet, quia communis opinio Doctorum utriusque juris est, ex Testamento minùs solenni, oriri obligationem naturalem, ut testatur Julius Clarus, *§. Testamentum, quæst.90. num.1.* & Jason. *in l. cùm quis, 10. Cod. de jur. & fact. ignorant. num.13.* nec ipse Covarruvias, *dict. loc. num.10.* negat.
71 Atqui hoc nihil aliud est, quàm testamentum tale in foro conscientiæ validum esse, ita, ut hæres ab intestato ei satisfacere teneatur; institutusque possit etiam per Evangelicam denunciationem petere relictum, ac hæreditatem, cuius possessionem bonâ fide acquisivit, retinere; quamvis jus civile ex eo non tribuat actionem, sicut etiam simplex promissio in foro conscientiæ est implenda, etiamsi jus civile ex ea non concedat actionem. Et ita Theologi ferè omnes, qui hanc quæstioné attigerunt, apertè docent, Adrianus, *quodlib.6. art.1. illat.2.* Angelus, *verb. hæres. num.5.* Tabiensis, *ibid. num.4.* Sylvester, *verb. Testamentum, 1. quæst.5. §. quartum, secundum Archidiaconum, & verb. hæreditas. 3. qu.7.* Iohann. Medina. *tract. de restit. quæst.23. in fin.* Lopez. *part.2. cap.24.* Sotus, *lib.4. de justit. quæst.5. artic.3.* Bannesius, *quæst.62. disp.5.* Pariter & Panormitanus, *in cap. quia pleriq;. de immunit. Eccles. num.42. & in cap.1. de in integr. restit. num. ult. & penult.* aliique ex Iurisperitis, quos Covarruv. *in cap. cùm esses. de testam.* refert, asseverant, eiusmodi Testamenta valida esse in conscientię foro, modò constet, eam fuisse voluntatem Testatoris. Unde consequenter dicunt, si frater defuncti, qui 71
ab intestato succedere debeat, sibi omninò persuadeat, defuncti voluntatem fuisse, ut extraneus, qui in minùs solenni Testamento reperitur hæres institutus, in bonis ipsius succederet, quòd tunc teneatur in foro conscientiæ relinquere illi hæreditatem: licèt ea hæreditas, ipsi fratri, tanquam hæredi ab intestato proximiori, in foro exteriori adjudicetur. Quodq; lethaliter peccet hæres ab intestato, cui de Testatoris voluntate constat, si ex eo, quòd hæreditas relicta fuit alicui extraneo, in minùs solenni Testamento, eam petat in foro exteriori; tenereque illi, restituere, non solùm obtentam hæreditatem, sed etiam damna omnia, ex eo quòd illam petierit, & obtinuerit, subsecuta, multis docet insignis Theologus & Iureconsultus, Ludovicus Molina, *tract. de justit. & jur. tract.2. Disputat.81. sub num.5.* qui idem *num.20.* tradit eum, qui sine vitio esset in pos- 73
sessione legati, sibi relicti in minùs solenni testamento, habere exceptionem adversus hæredem, illud petentem, nec in exteriori foro illud solvere teneri: eò quòd esset melior conditio possidentis. Idque affirmant itidem Bartolus, Emanuel à Costa, & alii, quos Gamma, *decis.221. & 347.* refert. Et hæc itidem probari eleganter possunt, *ex l. etsi inutiliter. 2. Cod. de Fideicommiss.* ubi Imperator 74
Antoninus sanxit. Non posse per te repeti fideicommissum relictum à defuncto inutiliter (id est, in Scriptura minùs solenni) si tu sciens voluntatem defuncti, cuius es hæres, illud præstitisti. Rationem subdit: Quia non ex sola Scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi, defuncti voluntati satisfactum esse videtur. Et sic Imperator apertè præsupponit voluntatem defuncti, de qua constet per confessionem hæredis, cuius interest, validam esse debere, (aliquo in casu) etiam in foro externo; etsi per Scripturam minùs solennem non satis probetur. Et 75
indè colligunt Iurisperiti, illud idem, quòd jam suprà dictum fuit, scilicet legata, quæ in Testamento minùs solenni alicui sunt relicta, si ab eo possideantur, non solùm posse in foro conscientiæ retineri, sed etiam in externo defendi per legitimam exceptionem:

quam

quam sententiam, & Iason dicit esse communem, ut refert Covarruv. *num.19.* Confert quoque huc, §. *per traditionem. instit. de rer. divis.* ubi ita inquit Imperator: Nihil est tàm conveniens naturali æquitati, quàm voluntatem Domini, volentis rem suam in alium transferri, ratam haberi; Ergò non est conveniens naturali æquitati, ut omissio talium solennitatum (præsertim, si per ignorantiam, vel oblivionem, vel impotentiam proveniat) hanc voluntatem invalidam reddat. Valdè enim durum est, ut non possim testari, vel aliquid legare in favorem amici, eò quòd desit unus Testis, vel Notarius, & hanc ob causam amicus teneatur restituere fratribus meis, vel sororibus, vel cognatis, quibus ob justas causas nihil volui relictum. Leonhard. Lessius, *de justit. & jur. lib.2. cap.19. dubit.3. num.19.* Et quoque tàm Ludovicus Molina, *dict. disp.81.* quàm etiam Leonardus Lessius monent, tali in casu potiùs transigendum, quàm non illæsâ conscientiâ jus strictum exigendum esse.

76

77 Letzlichen kompt auch hierzu/ quòd in dubio (in quo sanè casu nos ad minimum versamur) illa opinio eligenda sit, quæ pro Testamento sustinendo faciat, utpotè, quæ benignior existat: Fulgos. *consil.90. in quæstione Iohannis, col.2. vers. postremo.* Gratus. *Respons.6. num.26. lib.2.* Barbatias. *consil.6. num.3.4.5. lib.1.* ubi etiam asseverat, opinionem unius Doctoris faventem Testamento, præferendam esse opinioni communi.

78 Nihil est enim, quod magis hominibus debeatur, quàm ut supremæ voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum existat arbitrium, quod iterum non redit. *l.1. Cod. de SS. Eccles.* publiceque expedit, suprema hominum judicia exitum habere, *l. vel negare, ff. quemad. testam. aper.*

79 Hinc testantis voluntatem, veluti legem servandam esse, lex ipsa sancit, §. *disponat. Authent. de nupt.*

80 Ac propterea pietatis & humanitatis intuitu amplectenda est sententia illa, quæ pro sustinendo Testamento facit, *l. si pars judicantium, de inoffic. testam.*

81 Ideoque veniens contra voluntatem Testatoris, censetur jura pietatis violare, quamvis ipsa voluntas adversetur favori libertatis, *l. contra voluntatem, Cod. de Testam. manumiss.*

82 & causam Testamenti piam atque favorabilem, & in dubio pro ipsa voluntate, ac Testamento judicandum esse, censuit quoque Federic. de Senis, *cons. 13. casus talis est quidam Testator, &c.* cui tres Theologi subscripserunt: Aliosq; in hunc sensum magno numero allegat Ludovicus Zuntus, *in Respons. pro uxor. num.1075.*

83 Et quod in dubio tenenda sit ista opinio, quę favet Testamento, etiam ad exclusionem filiorum, tradit Grammaticus, *decis.103.*

84 piumque esse, defendere Testamentum, quod prętextu alicuius omissæ solennitatis impugnatur, Paul. Castrensis asserat, *consil.413. Viso & examinato suprà scripto puncto, col.2. vers. sed his non obstantibus, lib.2.*

## *Responsiones ad contraria.*

Dieser unserer biß anhero zu verhoffter Gnüge firmirter und außgeführter Decision kan noch mag selbiges/ so in Rationibus dubitandi eingeführt/ keinen Abbruch gebähren. Dann anbelangend/ daß erstlich fürgewendet worden/ Principes Germaniæ, aliorumque Regnorum, tanquam inferiores, & Imperatori, vel Regibus subjectos, hocce Privilegio (nempè, absque solennitatibus juris civilis testandi) non gaudere, eò quòd respectu tantùm subditorum suorum Imperatorem, in suo territorio repræsentent, non verò illo in casu, ubi in Curia superioris de validitate talis Testamenti disceptatur: weil hierauff mit gutem Grund geantwortet wird/ quod Imperii Status habeant prærogativam ubique; nisi quòd certis iu casibus, Cæsaris, Imperiique Majestatem observare tenentur. Nec hoc Privilegium, etiam in Aula, vel Camera Imperiali, inter ipsos, dum jus dicitur, negligi possit.

Und ist ferner hieoben/ in secunda decidendi ratione, zur Genüge außgeführt worden/ daß die Principes inferiores, ex communissima opinione, solches Privilegium haben: Quia scilicet tantùm quoad Imperatori, vel Regibus reservata specialia, & sublimia jura superioribus suis cedunt; non quoad illa, quæ talem sublimitatem, vereq; dictam Majestatem (summam nempe, perpetuam, & Legibus solutam potestatem) haud concernunt; Facultas autem liberè, & absque solennitatibus juris civilis testandi, minimè est de reservatis summæ, Majestaticæque potestatis: cùm quippe (ut suprà alicubi jam deductum fuit) tale Privilegium ab Imperatoribus, etiam privatis, nulloque titulo illustri præfulgentibus, haud rarò concedatur: & pariter militibus, parentibusque ipso jure tributum sit.

Ebenmässig kan die andere dubitandi Ratio nichts wiederiges verfangen/ welche dahin gehet: daß allein selbige Fürsten/ die ipso actu regieren/ und die Lands-Fürstliche Obrigkeit exerciren/ absque scrupulosa solennitate juris civilis, ihren letzten Willen verfassen mögen. In Bedenckung/ das wiederig/ & quòd nempe Privilegium hocce, regulariter personam omnem, illustrissimo titulo insignitam concernire, bereits bey den Rationibus decidendi erstritten worden. Et facit huc, quòd concedere Testamentum, non sit jurisdictionis, nec voluntariæ, neque contentiosæ, ut in terminis scribit Pruckmannus, *in tract. de Regal. §. soluta potestas, cap.7. membr.3. effect.1. num.10. & seq. fol.651.* quippe jurisdictio à jure dicundo dicitur. 85

*num.3.*

Hieronymus à Monte, *tract. de finib. cap. 11. num. 3.* Corasius. *miscell. lib. 3. cap. 17. num. 1.*
86 Alciat. *dispunct. lib. 2. cap. 24. in fin.* Valasc. *ad l. Imperium. num. 1. ff. de jurisdict. omn. judic.* Vaconius à Vacuna, *declarat. 77. num. 1.* Sed cùm Testamentum conditur, haut dicitur jus. Ergò condere Testamentum, non est
87 jurisdictionis. Secundò, voluntaria jurisdictio tantùm ratione partium ita vocatur. Omnis enim omninò jurisdictio, judicis respectu necessaria est. Bartolus, *in l. Imperium, in fin.* ibique Iason. *num. 33.* Valasc. *num. 269. ff. de jurisdict. omn. judic.* Sed cùm Testamentum conditur, nullæ adsunt partes. Princeps enim, qui Testamentum condit, solus est. Itaque confectio Testamenti, nec voluntariæ jurisdictioni adgregari potest.

Wann dann die Confectio Testamenti nicht ad jurisdictionem gehörig/ als wird derowegen wol geschlossen/ quòd facultas absq; solennitatibus testandi, haud tale Privilegium existat, quod Imperium & jurisdictionem Autocraticam, immediatè, & solùm subsequatur, nec ulli, nisi qui talem jurisdictionem habet, competere queat.

Die dritte Ratio dubitandi, indem nemlich fürgegeben worden/ neminem jura Principis in alieno territorio exercere posse, wird mit eben jetzt angedeuter Distinction hingelegt/ quòd nempe ea tantùm jura in alieno territorio nequeant exerceri, quæ profluunt ex Imperio & jurisdictione, non quæ inhærent personæ, Illustrissimamque Nobilitatem subsequuntur.

Inmassen offenbahr/ daß ein Fürstliche Person/ ob sie gleich in eines andern territorio sich auffenthält/ nichts desto weniger ihr Dignitatem, Titulum, Præeminenz, Stand und Würde/ auch was deme anhanget/ behaltet. Zu dem/ und ob schon dieses Fürstliche Fräwlein in einem frembden territorio, so ihrem Geschlecht/ Stamm und Namen nicht zugehört/ gewesen/ hat doch selbiges/ consensu Domini territorialis, einen Fürstlichen Stand und Hofhaltung geführt. Und ist mit nichten zu vermuthen/ daß selbiger Fürst/ in dessen Landen dieses testirende Fürstliche Fräwlein sich auffgehalten/ über dessen Person einiger Bottmässigkeit/ ullo casu sich anzumassen/ gewillt gewesen. Darumb dann Lex *cùm hæredes, Cod. qui testam. facere poss.* & Lex 3. *Cod de testam.* (quæ nempè de Testamento merè subditi, in quo Princeps institutus est, agunt) allhero gantz nicht gehörig seynd.

Was/ zum vierdten/ de Silesiæ Principibus, und daß selbige den ohnmittelbahren Ständen deß heiligen Römischen Reichs/ diß Orths nicht zu vergleichen/ erwehnt/ mag auch nichts wiederiges schaffen: dann/ weil solche Fürsten/ ratione generis & familiæ, andern gar wol zu vergleichen/ von Käiserl. Majestät mit Fürstlichem Titul/ Ehr und Würde begabt/ auch von allen andern Fürsten/ und männiglichen darfür erkennt werden/ zumal in ihren Landen Fürstlichen Gewalt haben/ können wir in keinen Weg sehen/ warumb sie nicht/ sowol als die Fürsten deß heiligen Römischen Reichs/ dieses Privilegii, de quo nunc sermo nobis est, geniessen solten.

Zu dem/ reden diese Doctores, qui inferioribus Principibus liberam hancce testandi facultatem attribuiren, nicht allein de Principibus Germaniæ, sed aliorum Regnorum, Pontifici Romano, aliisque Regibus subditis. Et certè, familia Principum Ligio-Bregensium, &c. ab antiquo & multis retrò seculis, in Silesia rerum est potita. Ad à Piasto, Poloniæ Monarcha, cuius posteritas longissima annorum spacio, ordine successorio, apud Polonos felicissimè regnavit; continuâ serie, absque ulla interruptione, originem ducit: Nicolaus Henelius *in Silesiographia.* Quodq; Principes Silesiæ jus Ducale & ferè Regium habeant, deducit etiam Schifordegherus, *lib. 3. tract. 29. quæst. 1.*

Belangend die letzte dubitandi Rationem, quòd nempè hoc Testamentum etiam voluntatis ratione, imperfectum sit; nec ideò in vim privilegiati Testamenti valere queat. Ist darauff mit sattsamem Grund zu respondiren; quòd hoc Testamentum (tanquam privilegiatum) omninò pro satis perfecto debeat haberi. Etenim quando testa- 88
tor perfectè suam voluntatem expressit, & pro perfecta habuit; quia scilicet non constat, quòd plus voluit disponere (quod & in dubio præsumi solet) ut quia scripsit in schedula suam voluntatem, sed eam coràm testibus & Notario non publicavit: tunc sanè receptum est, tale Testamentum (in vim Testamenti privilegiati) valere; hancque dicit communem Doctorum opinionem Alexander, *consil. 114. num. 7. vol. 7.* Boërius, *decis. 240. num. 4.* Cephal. *consil. 99. num. 3.* Fernand. Vasq. *in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22. sub num. 6. versic. quid dicendum.* Clarus. *§. testamentum. quæst. 7.* Quodque dictum fuit, si reperiatur schedula scripta, vel subscripta, manu propriâ ipsius testatoris, continens eius voluntatem, disponendo de bonis suis: tunc eam non valere, nec in favorem piæ causæ, alteriusve testamenti privilegiati; cùm talis schedula magis præparatio ad disponendum, quàm dispositio debeat haberi, &c. Illud nullatenus pertinet ad nostrum casum, in quo Illustrissima Testatrix, verbis & scriptis sæpè repetitis, voluntatem suam plenè declaravit, & Notarium majoris tantùm cautelæ causa advocari curavit; sed non potuit coràm eo testari morte præventa. 89
Verùm si appareat ex verbis testatoris, eum adhibuisse mentem deliberatam ad absol-
vendam

vendam voluntatem, eamque habuisse pro
perfecta & absoluta, tunc omnes Doctores
admittunt, convocationem Notarii omis-
sam, non efficere, quo minùs subsistat testa-
mentum: hancq; sententiam dicit commu-
niorem, contra Oldradum, Aretinus, *l. si quis
cum testamentum, ff de testam.* ac eandem fre-
quentissimo consensu approbatam, ait Fer-
nand. Vasquius, *d. §. 22. num. 6. versic. quid di-*
90 *cendum.* Et quando testator perfectè volun-
tatem suam expressit, ac declaravit, ipsamq;
habuit pro perfecta, expressa & declarata;
nempe quia non constat, quòd plus voluerit
disponere, quàm disposuerit (quod & in du-
bio præsumitur, quia nemo censetur habere
plus in corde, quàm ore expresserit, ut no-
tanter inquit, in his ipsis terminis Baldus, *in
l. si quis cùm testamentum, versic. tertiò notan-
dum, ff. de testam.* Ruinus, *consil. 1. sub num. 22.
versic. Non obstat, dum tertiò in fin. lib. 2.* Ale-
91 xander, *consil. 74. num. 3. lib. 1.*) Maximè, si
in schedula testamenti, heredum adsint in-
stitutiones; Isto quidem casu, licet schedula
illa coram Notario & Testibus non sit pu-
blicata; quamvis hoc testamentum non va-
leat inter extraneos; valet tamen inter libe-
ros, aut ut aliud Testamentum privilegia-
92 tum, Vasq. *jam modò allegato num. 6.* Sique
ex verbis testatoris, & inspectis negotii cir-
cumstantiis appareat, quòd tunc omni morâ
postpositâ, volebat testari, & habebat vo-
luntatem suam pro deliberata, ac perfectè
declarata; ut quia testator ipse in mortis ar-
ticulo esset constitutus, Notarium accersiri
jussisset gratiâ condendi testamenti, & pro-
tulisset verba apta ad testamenti confectio-
nem; & tunc vocatio Notarii de jussu testa-
toris, non suspendit voluntatem ipsius jam
perfectam, & absolutam; sed potiùs denotat
illius desiderium, ut quo magis voluntas
eius sit in aperto, publicum de illa conficia-
tur instrumentum; quòd licèt factum non
fuerit, nihil impedit tamen, quò minùs ipsa
testatoris voluntas effectum sortiatur inter
liberos, ad pias causas, similibusque Testa-
mentis privilegiatis. Quæ sunt verba Ludo-
vici Zunti, *in jam sæpiùs adducto Respons. pro
uxore num. 293.* ubi plures pro ea sententia
allegat.

Zu welchem noch ferner kompt / daß das
Fürstlich testirende Fräwlein geminatâ scri-
93 pturâ ihren Willen erklärt. Constat autem,
quòd geminata verba multum operentur
ad significandam mentis deliberationem, &
enixam disponendi facultatem: juxta *l. ba-
lista, cùm ibi notat per omnes Dd. ff. ad Trebell.*
& plurima cumulantur eum in sensum per
Romanum, *in repetit. l. si vero, §. de viro, fal-
lent. 31. sub num. 144. usq; ad num. 163. ff. solut.
matrim.* Anton. Corset. *in tract. de verb. gemi-
nat. per tot.* Catell. Cotta, *in Memorab. in verbo
Geminatio.* Roland. à Valle, *consil. 61. num. 15.
& 16. lib. 2.* Neviz. *consil. 66. num. 28.* Aymon.
Cravetta *consil. 201. num. 42. & Respons. 1. pro
genero, num. 133.* Et inter alia geminatio ope- 94
ratur, ut verba enunciativa, propter aliud
principaliter emissa; quæ regulariter non
operantur, si fuerint geminata, dispositio-
nem inducant, secundùm Bartolum & An-
gelum, *in l. cùm scimus, C. de agricol. & censit.
lib. 11.* Iason. *in l. ex his verbis in 1. limitat. C. de
testam. milit.* Anton. Corset. *in d. tract. de verb.
geminat. à princ. vers. tertiò verba enunciativa.*
Roland. à Valle, *cons. 60. num. 25. lib. 1.* Cephal.
*consil. 47. num. 32. & consil. 192. num. 37.*

Und weil das testirende Fürstliche Fräw-
lein nicht allein mit Worten / sondern in zwo
unterschiedlichen Schrifften / ihren letzten
und liebsten Willen erklärt / wird hierdurch
mentis deliberatio, & enixa disponendi fa-
cultas also lauter erwiesen / ut nullâ aliâ de-
monstratione porrò opus esse videatur: cùm 95
nempè geminatio scripturarum temporis
intervallo facta, ad majorem & maturio-
rem deliberationem significandam, plus
operetur, quàm geminatio verborum, facta
in continenti, post Iasonem, & alios plures
à se allegatos, Ludovic. Zuntus, *sæpè laudato
Respons. num. 467.*

## *Quæstio Secunda.*

Von der andern Frag / (darinnen man
zu wissen begehrt / im Fall gegenwärtige dis-
position für kein perfectum Testamentum
gehalten möchte werden / ob solche sonsten als
ein Donatio mortis causa, oder ein anderer
letzter Will / im Rechten gültig / und beständ-
dig verbleiben solle /) ist nunmehr nicht weit-
läuffig zu handeln / angesehen bereits hieoben
operosè erstritten worden / daß solche dispo-
sition als von einer Fürstin / und vor ihrem
Hof-Gesind / auffgericht / nicht allein keiner
ferneren solennität vonnöhten gehabt / son-
dern auch die sonst ab intestato venientes Il-
lustrissimi hæredes, mit Fug und gutem Ge-
wissen / vieler Ursachen halben / offt hochge-
dacht Fürstlichen Fräwleins extremam, eni-
xissimamque voluntatem, & de cuius certis-
sima consuetudine niemand zweiffeln kan /
in keinen Weg anfechten sollen noch mögen.
Et ita cùm valeat dispositio hæcce ut Testa-
mentum, non opus est disquirere, an valeat
jure codicillorum? cùm quippe jus & reme-
dium pinguius, absorbebat id, quod est mi-
nùs pingue. Nichts desto weniger / und ob
schon diese Dispositio nicht als ein Testa-
ment gehalten / oder auch nicht von einer
Fürstin / sondern allein von einer privat Per-
son auffgericht wäre: & licèt etiam invali-
dum testamentum non habeat vim Codi-
cillorum, nisi adjecta inveniatur clausula
Codicillaris, *l. 29. C. de fideicom. l. 11. C. de test.* 96
*manumiss.* ac semper, qui instituit hæredem,
censeatur voluisse testari, non codicillari.

97 *l.41.C.de testam.* Dessen doch ohnangesehen/ ist bereits auch hieoben in prima quæstione incidenter angedeutet worden / quòd clausula codicillaris non semper expressè ponatur, sed interdum subintelligi soleat; & in-
98 ter alios casus etiam in eo, quando in testamento instituta est persona valdè dilecta, & benè merita de testatore: quodq; tunc clausula codicillaris taliter subintellecta, eundem operetur effectum, ac si esset expressa, concludunt sequentes magni nominis Interpretes juris, Grammaticus, *decis. 62. sub num. 26 versic. quid ergò dicendum.* Cephalus, *consil. 294. num. 16. lib. 2.* Mantica, *tract. de conjectur. ult. volunt. lib 1. tit. 9. num. 8.* post Bald. & Gabriel. qui alios refert, *num. 2.* Iohann. Vaudus, *lib. 1. variar. quæst. quæst. 27.* Vasquius, *in tract. de success. progress. §. 30. sub num. 40. versic. tertio casu.* Boerius, *decis. 34. sub num. 10.* Francisc. Vivius, *conclus. 865. num. 18. lib. 2.*

Weil dann nicht geläugnet werden kan/ daß in hoc nostro casu persona valdè dilecta, vnd welche vmb das testirende Fürstliche Fräwlein in Ehren hoch verdient/ zum Erben eingesetzt worden/ wie auch gar nicht zu zweifeln/ dann daß auffs wenigste fünff Manns- vnd Weibs-Personen bey Auffrichtung dieses letzten Willens gegenwärtig gewesen; als lässt sich hierauß füglich vnd recht schliessen/ quòd dispositio hæcce, etiamsi à persona solummodò privata confecta fuisset; nihilominùs tamen propter clausulam codicillarem, jam dicto modo subintellectam, jure codicilli valere, ex eaque hæreditas jure indirecto, seu tanquam fideicommissum peti
99 queat; illudque venientes ab intestato hæredes restituere videantur rogati. Notissimi enim juris est, clausulæ codicillaris hunc esse effectum, ut si dispositio non valet tanquam testamentum; vim tamen habeat ut Codicillus, *l. quærebatur, ff. de milit. testam. l. posthumus § fin. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam. l. 2. C. de codicill. l. 2. § fin. ff. eod. l. Scævola, ff. ad Trebell. § fin. instit. de codicill. & l. fin. C. eod.* Franciscus Turretus, *in tract. de clausul. codicill. quæst. 3.* modò adfuerint quinque testes. Turretus, *dict. loc. quæst. 17.* zu welchem remedio doch / weil diese dispositio als ein Fürstlich Testament gültig/ diß Orths zu gelangen/ nicht vonnöhten ist.

## Quæstio Tertia.

Belangend die dritte Frag: Ob der instituirte Illustrissimus hæres nicht zum wenigsten diß / so selbiger auß der Erbschafft Hochgedachten Fürstlichen Fräwleins bonâ fide in Händen hat / wol behalten / vnd im Rechten behaupten könne? Ist hierbey eben jetzt ersterwehntes in Acht zu nemmen / daß nemlichen gegenwärtige dispositio ratione Testatricis: utpotè Personæ Illustrissimâ dignitate decoratæ, für ein genugsam zierliches Testament zu achten/ also consequenter alle remedia juris, die einem instituto hæredi gebühren / deß instituirten Erbens Fürstlichen Gnaden in allweg gestattet werden müssen.

Weil dann Ihre Fürstliche Gnaden diß Orths in jure proditam actionem haben/ können sie noch vil mehr sich exceptione tuiren/ wann Ihre Fürstl. Gnaden wegen deren Stuck/ welcher possessionem sie bonâ fide apprehendirt, besprochen oder angefochten werden solten: cùm nempe certissimi juris sit, quòd is qui habet actionem, multò magis exceptionem habere videatur.

Vnd weil/ für das Ander/ diese Sach/ als Fürstliche Personen concernirend / coràm Imperatore, tanquam summo Principe, ab Illustrissimo instituto hærede, da Ihre Fürstliche Gnaden ex Testamento agiren / oder dero gleich ein ander remedium tentiren wolten / angestellt werden kan / hat man sich daselbsten desto eher einer erwünschten Victori zu getrösten: quia Princeps ju- 100
dicat remotis solennitatibus, & solâ veritate facti inspectâ. *cap. ad petitionem. de accusat.* & tradit Baldus, *in cap. 1. §. 1. de nov. form. fidel. & in l. ult. §. 1. ad fin. Cod. de jur. deliber.* Bartolus, *in l. Æmilius ff. de minor.* & consentit Anthonius de Butrio, *in cap. 2. in princ. de juram. calumn.* ut & Alexander, *consil. 6. circa processum, colum. 1. vol. 3.* item Aretinus *consil. 83. diligenter ponderatis, colum. 3.* Quo casu 101
sufficit probatio voluntatis, secundùm veritatem, licet deficiant solennitates juris positivi, ut tradit Baldus, *in l. solam. Cod. de testib.* & Aretinus, *cons. 127. in causa Domini Antonii, col. 2.* qui loquitur in terminis Testamenti nulli, ob defectum solennitatis requisitæ, ubi tamen constat de voluntate defuncti. Hucque etiam facit consilium notatu di- 102
gnum Philippi Decii, *incip. Casus de quo in fine, 631. num. 7. vol. 4.* ubi dicit expressè, quòd licet ultima voluntas de stricto jure non dicatur probata, ob defectum solennitatis: tamen, si judices, qui possunt juris solennitate non obstante judicare, habent conscientiam sic informatam, talem verè fuisse voluntatem Testatoris, illo in casu, secundùm eorum conscientiam posse judicare, & voluntatem ipsam confirmare.

Für das Dritte/ wann schon dieses alles nicht wäre/ vnd nemlich mehr gesagte disposition nicht als ein Testament Krafft haben/ zumal die hæredes ab intestato auffzuschreiben / vnd genugsame remonstration, diß Orths habenden Rechtens vnd Billichkeit/ sich wieder all besser geschöpffte Hoffnung nicht informiren, oder das Gewissen rühren lassen wolten / könte doch Illustrissimus Dominus hæres, auch in foro fori, seu externo, selbiges / so Ihre Fürstliche Gnaden bonâ fide

fide von streittiger Erbschafft besitzen/vnd in Handen haben/ expeditissima exceptione tuiren, vnd damit wiederige intentiones elidiren,oder hinter sich treiben: in Erwegung/ wie hieoben bey der ersten Quæstion bereits guter massen außgeführt/ etiam ex imperfecta voluntate, obligatio naturalis ent-
103 springt. Is autem, cui aliquid naturaliter debetur, si ullius possessionem sine vitio nanciscatur,exceptione se defendere potest. Est enim fundamentum hujus obligationis, sola æquitas naturalis. Duarenus,*de obligat. & actionib.cap.2.& de condict.indeb.cap.6.* hujusque effectus est, quod & suo modo rei præstandæ necessitatem habet, & compensationem, retentionem, exceptionemque parit. *l. frater à fratre. ubi Dd.ff.de condict.in-*
104 *deb.* Donellus,*lib.12.Comment.cap.2.* Quòd autem in specie imperfectum Testamentum talem pariat obligationem, apparet *ex*
105 *l. ult. Cod.ad L. Falcid.l.2. Cod.de fideicommiss. l.16.§.1.Cod.h.t.* & id latè probat Fachin. *controvers. lib.4. cap.5.* ac facit huc inprimis *cap.*
106 *cùm esses.10.extr.de testam.* ubi dicitur: Testamentum factum coràm Presbytero, & duobus Testibus (qualiter hoc nostrum confectum fuit) valere, secundùm juris naturalis,
107 & divini æquitatem. Quodque ex minùs solenni voluntate oriatur obligatio naturalis, voluerunt pariter Glossa,Iacob.Butrigarius, Bartolus,Baldus,Angelus,& alii,quos refert & sequitur Corneus,*consil.298.num.27.lib.1.* Capyzius, *decis.89. num.1.* confert optimè consilium Tiberii Deciani,*46.num.89.lib.2.*
108 Quodque hæres, qui habet consensum & voluntatem veram Testatoris, licet dispositio careat solennitatibus juris, & sit nulla voluntas ipsa: licitè tamen possit res hæreditarias retinere,prodit Felin. *in cap.1. de constitut.num.48.*qui idem dicit,ita tenuisse Cardinalem, & ultrà eum hoc idem voluit Baldus,*in l.1 Cod.de testam.sub.num.5.*allegat itidem Innocentium, *in cap.quia pleriq; extr.de immunit.Eccles.*& Azonem,*in summ.eiusd.tit.*
109 *de testam.* Sicq; dispositio informis,ubi de voluntate testatoris non dubitatur, parit naturalem obligationem, indeq; possunt jam acquisita & adepta bona retineri; cùm facilius quid retinendum concedatur quàm petendum, aut de novo acquirendum, *l.1.& 2. ff. de condict. ob turp.caus.* & multa facta tenent,quæ fienda non concederentur, *l.patre furioso. ff.de his, qui sui, vel alien. jur. sunt cum*
110 *vulgarib.* Et notabile maximè est, quod Petrus de Ancharano *consil.429. incip. pro evidentia,ad fin.* scribit: Libertas testandi est inducta de jure naturali,& est liberi arbitrii, *l.1.Cod.de SS.Eccles.* & ideò sola naturalis obligatio, quæ oritur ex voluntate quocunque modo expressa, quia fundatur in æquitate, est efficax agendum saltem de jure Cano-
111 nico, *cap. 1. de pact.* Ac subdit ibidem Ancharanus, quòd qui contra talem simplicem voluntatem defuncti, licèt non solennem, judicaret,faceret contra veritatem,quæ nullo modo est infringenda, *can. veritate, dist.7.* ac per consequens, faceret etiam contra Christum, qui dixit: Ego sum veritas, &c. Sed contrà Christum nihil licitè potest attentari,*can.ult.distinct.8.* Hactenus Ancharanus. Adde Honded. *2. consult.58.* Bonacinam, *de restitut.fol.348.* Diss. Herbaius,*rer. quotid. cap.11.*

## Quæstio IV. & ultima.

Bey dieser vierdt-vnd letzten Quæstion halten wir gantz vnstreittig zu seyn/ daß deß instituti hæredis, Fürstl. Gnaden/ den hæredibus ab intestato gar nicht das vollkommene Inventarium der gantzen Erbschafft/ sondern allein dessen Theils/ darbey sie interessirt, von Rechts wegen zu ediren haben.

Dann/weil sie allein in re certa, (nemlich in einem gewissen Theil) der Rechthängigen Forderungen/oder actionum instituirt; also per vulgatissima jura, pro Legatariis zu halten seynd/ könten sie kein interesse ratione der gantzen Verlassenschafft prætendiren: petenti autem exhibitionem Tabularum, 112
obiici potest exceptio, tua non interest. Ita communiter concludunt Canonistæ, teste Ferrariensi, *in forma. p.instrum.copia, num.3. in verb. cum anno.* Doctores,*in l.1.§.editiones, ff.de edend.* & debet de prætenso interesse, ju- 113
dici summariè constare, nec soli assertioni petentis editionem Instrumenti,est credendum:& est textus expressus hunc in sensum, *in l.3.§.sciendum, ff.ad exhibend.* Nec enim æquitatis ratio permittit,ut aliorum instrumentorum inspiciendorum, patrimoniiq; explorandi potestas,alteri fiat. *l.qui accusare, & l.fin. Cod.de edend. ac utrobiq; Doctores.* Et 114
porrò si alicui edi debet Instrumentum, sufficit, communicare copiam capituli illius, quod ad causam facit, nec opus est totum edi,pulchrè Bartolus,*ad Rubric.ff.de nov.oper. nunciat.num.7.* ibidemque Iason.*num.8.*

Quò fit,quòd quando instrumentum ali- 115
quod esset inutile,& non faceret ad causam, illius editio peti non potest,quia cessat æquitas,& calumnia petentis innotescit. Baldus, *in Rubric.Cod.de fid.instrum.num.22. vers.conclusio sequitur.* Berous, *consil.19.in causa,num. 12.& 18.lib.3.* frustrà enim fit, quod factum non relevat, *l.aliquando. §.sub conditione,ad Trebell. & l.si quis. §. exigitur, de edend. ibi, ne fortè vel supervacuas.* ac ibidem Angelus notat, & concordantes allegat. Ita, quòd, si 116
quandò Instrumentum sit edendum, tunc non totum, sed particula tantùm ad causam faciens, edi debet. *l.argentarius, ff. de edend. & Doctores*, Bartolus & Baldus, *in l.precibus, C. de precib.Imperat. offerend.* Natta, *consil.8. num.1.*

Porrò etiam constat, quòd Inventarium
117 sit caput rationis reddendæ, Bartolus Castr.
ac Imola, *in l. cùm tale. §. 1. ff. de condit. & de-
monstrat.* ubi etiam Baldus tradit, hæredem,
qui adstringitur ad reddendam rationem Fi-
deicommissario universali, rerum hæredita-
riarum, teneri ad confectionem Inventarii;
quod est caput rationis reddendæ; consentit
Curt. Sen. *cons. 29. ad fin. & cons. 66. col. 8. circ.
fin. ut & in tract. de sequestr. n. 17.* Ias. *in l. Mar-
118 cell. n. 61. ad Trebell.* Nam per ipsum fit facilior
redditio rationis, *l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ra-
tionib. distrahend.* Angel. *cons. 44. n. fin.* quem
sequitur Boëti. *decis. 61.* ubi concludit, quòd
Inventarium dicatur caput omnium ratio-
num. Cùm ergò Illustrissimus institutus hæ-
res, Legatariis illis, non nisi quò ad nomina,
ac actiones, vnd so viel die Schuldforderun-
gen betrifft/ rationem reddere teneatur: Se-
quitur, illum nec eorum nomine aliud In-
ventarium (dann so viel die Schuldforderun-
gen anbelangt/ vnd da obverstandene Lega-
tarii ein Interesse prætendiren, vnd Rech-
nung zu erfordern/ befugt) conficere vel ede-
119 re teneri. Et conficit hæres tantùm Inventa-
rium generale, eo fine, ne Legatariis & Cre-
ditoribus ultra vires hæreditarias satisfacere
teneatur, *l. fin. §. Si quis autem temerario, ubi
Dd. Cod. de jur. deliber.* ibique Glossa & An-
gelus, *in §. si verò non fecerit, in Authent. de hæ-
redib. & Falcid.* Paul. de Castro. *cons. 164. col. 2.*
Alciat. *consil. 1. num. 7. & consil. 195. in princ.*
Cotta, *in memor. Incip. Inventarii confectio, in
princ.* Ferdinand. Vasqui. *tract. de success. creat.
§. 1. num. 26. vers. ab ista autem.* Itaq; ex omni-
bus hisce apparet, celsissimum nostrum hæ-
redem, qui hisce Legatariis ex mente Illu- 120
strissimæ Testatricis omninò satisfacere cu-
pit, ad talis generalis Inventarii confectio-
nem & editionem non teneri, sed tantùm ad
Articulum, qui ad eos spectat: argumento
traditorum à Bartolo, *in l. si hæreditas, in fin.
princ. ff. de testam. tutel.* & à Saliceto. *in l. tu-
tores, col. penult. versic. quæro undecimò, Cod. de
administrat. tutor.* Ac tantùm de hisce qua-
tuor Quæstionibus disserere lubuit: spicile-
gia quasi legendo, cùm aliorum præclarissi-
morum Jurisconsultorum Responsa jam
extent, quibus Illustrissimi Domini Actoris
clarissimè deductum fuit.

## Consilium CCLXXIII.

### *De intentato possessorio,* wegen einer Weyd-Gerechtigkeit.

Die von E. E. W. vnd Gn. vns
eingelieferte Gerichts-Handlungen/
in Sachen/ sich haltend/ zwischen
Schultheissen/ Vierleuten/ Gericht vnd Ge-
mein deß Fleckens M. Klägern eines: So
dann/ Herrn Verwaltern deß Closters H.
Ampts halben; wie auch Amptmann/ Vier-
leuten/ Gericht vnd Gemeind deß Fleckens
H. Beklagten/ anders theils: Haben wir/ so
bald solches vnser anderer obligender Ver-
richtungen halber füglich beschehen mögen/
begehrter massen vnter Hand genommen/
selbige mit Fleiß durchlesen/ in reiffe Delibe-
ration vnd Beraht schlagung gezogen/ auch
befunden/ daß von den Klägern retinendæ
Possessionis Remedium, ex interdicto uti
possidetis, &c. angestellt vnd gebraucht wor-
den/ welches nicht allein ex inscriptione li-
belli, so sie Articulos possessorios nennen;
Sondern auch auß beygefügter Conclusion
vnd Petition zu vernemmen/ so dahin gerich-
tet/ daß sie bey ihrer Possession deß Weyd-
Besuchs/ in strittigen dreyen Höltzern/ be-
stättigt/ entgegen der Widertheil angemasste
Einträg abgeschafft/ deßwegen auch diesel-
bige zu gebührender caution, sampt Abtrag
Kosten vnd Schadens/ angehalten werden
1 sollen. Hancce petendi formulam, in actio-
ne interdicti uti possidetis, præscribit Io-
hann. Oldendorpius, *de actionib. class. 2. act. 4.
2 de Interdicto uti possidetis.* Atque quod re-
medio huius Interdicti etiam ei succurra-
tur, qui turbatur in juris cujusdam, reiq; in-
corporalis possessione, adserit Iohannes de
Ferrar. *ad formam libelli de turbata possessione,
verb. coram vobis. n. 3.* quod præsertim quasi 3
possessione juris pascendi, accommodat Ja-
cob. Menoch. *retinend. possess. remed. 3. n. 137.
cum seq.*

Hingegen die Antwortere/ in erfolgter
Litis Contestation, nicht allein begehrt/ sie
von eingewandter Klag zu erledigen; sondern
auch zu erkennen/ gebetten/ daß Klägere ihne
mit vorgenomener turbirung vnd Gebrauch/
in ihr Beklagten/ quasi Possession, in ermeld-
ten dreyen Höltzern zu weyden/ vnrecht ge-
than/ sich fürohin derselben zu enthalten/
vnd hierumb/ neben Bekehrung Kosten vnd
Schadens/ genugsame Versicherung zu
thun/ schuldig seyen. Quæ petitio à forma 4
huius Interdicti aliena non est: cùm inter-
dictum illud duplex sit, ac uterque litigan-
tium, & actoris & rei personam sustinere
censeatur, uterque scilicet possidere, & ut
pro possessione sua pronuncietur, intendat,
*l. 3. §. hoc interdictum. ff. uti possidet. §. tertia. Di-
visio inst. de interdict.*

Vnd wann gleich die Kläger ihre Be-
weisung solcher massen angestellt/ daß sie
auch das Petitorium vmb etwas berühren
möchte: Jedoch/ was gestalt dieselbige von
instituirtem remedio possessorio abzuwei-
chen/ nicht gesinnt/ haben sie in einkommenen
Schrifften genugsam zu verstehen gegeben/
bevorab/

bevorab / in ihrer schließlichen Widerle-
gung/ꝛc. versic. Umb das vierdt und fünffte
notabile. Inmassen nicht ungewohnt/ daß
in possessorio hoc remedio, prætensa posses-
sio mit dergleichen adminiculis colorirt und
justificirt werde. De quo Menoch. *alleg. re-
med.3. num.587.*

Wann derowegen / in Verfassung der
Urtheil/die Petition und instituirte Action,
ohne befahrende Nullität / nicht ausser Acht
gelassen werden kan / als wird bey gegenwär-
tiger Sach allein auf das possessorium noht-
wendiglich gesehen / und das petitorium auff
diß mal beyseits gestellt werden müssen.

6 Weil aber / zu Bestärckung dieses reme-
dii possessorii, zwey substantialia requisita,
und wesentliche Stuck erfordert werden: daß
nemlich/und zum Ersten/der Kläger zu Zeit
beschehener turbation und litis contestation
in possessione vel quasi sich befunden ; und
dann / zum Andern / daß er in solcher Besi-
tzung von dem Beklagten turbirt und belä-
stiget worden Der Ursachen wird nunmehr
in fleissiger Obacht zu halten seyn / ob die
Klägere / denen von Rechts wegen Bewei-
sung obgelegen / solche requisita gebührend
bescheint / und dargethan haben ?

7 Anlangend das erste requisitum, und
possessionem vel quasi strittiger Zutriebs-
Gerechtsame / können, in reiffer Erwegung
einkommener attestationum, wir nicht an-
derst befinden / dann daß die Kläger selbige
genugsam beygebracht haben. Sintemalen/
was Gestalt sie nicht allein vor viertzig und
mehr Jahren mit ihrem Vieh die Weyden/
in erwehnten dreyen Höltzern / frey und of-
fentlich/ vielfältig besucht / sondern auch vor
fünffzehen / acht / und weniger Jahren hero/
sich ebener Gestalt solcher Gerechtigkeit ge-
braucht / wird von vielen bewerthen / außge-
sessenen und frembden Zeugen umbständlich
außgesagt ; welche depositiones allhie unter-
schiedlich zu widerholen / thun wir für ohn-
nöhtig / weil solches in Gerichtlich einkom-
menen productis weitläuffig beschehen / er-
achten. Auch über diß/daß zu Zeit vorgenom-
mener turbation, die Klägere strittige Wey-
den / so viel dero auffgethan gewesen / mit ha-
bendem Vieh besucht / seyen die Beklagte
selbst/in eingelegtem unterthänigen Bericht/
8 nicht in Abred. Accedit, quòd is, qui olim
possedit, etiam hodie possidere præsumatur;
atq; ex possessione de præterito, conjectura
ducatur ad possessionem de præsenti, *l.3.§.in
amittenda. & §. cùm.servus.ff.de amittenda pos-
sess. l.si rem meam. ff. de except.rei judic.* Ever-
hard.*in topic.loc.de tempore.ad tempus.num.16.*
9 *versic.aut quæritur de possessione.* Inde, quod
sufficiat, si agens interdicto uti possidetis,
probet olim se possessione usum fuisse, tradit
Alciat. *in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt.
21.num.9.* Covarr. *cap.possessor.part.2.§.1.n.4.
vers.quin & interdicto.de reg.jur.in 6.*Menoch.
*de præsumpt.lib.6.præsumpt.64.num.15.* Quod 10
quoque extendunt Doctores, etiamsi posteà
probetur actus contrarius. Paul. de Castro,
*in l. sive possidetis.num.5. Cod.de probat.* Socin.
Iun.*consil.15. num.1.lib.5.* quos sequitur Me-
noch. *d. præsumpt. num.34.* Effectus enim 11
huius actus contrarii per contradictionem
tollitur, ut apparet ex iis, quæ traduntur à
Georg. Everhard. *cons.65.num.20.& 21.junct.
num.11.* Præterea, qui præteritam probat 12
possessionem ; etiam litis contestatæ tem-
pore, in possessione fuisse censetur. Menoch.
*retin.possess.rem.2.num.556.cum.seq.* Mascard.
*de probat.conclus.1190.num.35.* Cùm in hoc, 13
de quo agimus interdicto, sola civilis posses-
sio, quæ animo retinetur, sufficiat, §. *Possi-
dere autem.Instit. de interdict.* Ferrar. *in form.
libelli pro turbata possessione. in verb.hodie tenet
& possidet.num.2.& 3.* Ac ex possessione præ- 14
sentis præteritiq; temporis, ad intermedium
haud incongruè arguatur tempus. *arg. c.in-
ter dilectos.ex.de fid.instrum.* Ias. *in l. talis scri-
ptura.in princ.num.5.de leg.1.*Alciat.*reg.2.præ-
sumpt.22.num.1.*Covarr.*in d.c.possessor.part.2.
§.1. num.1. vers.præmissa tamen.* Mascard. *de
probat.conclus.1190.num.35.*

Quæ possessio, cùm præsertim diuturno 15
nitatur tempore ; ex juris præsumptione,
censetur haud injusta, *l. quædam mulier.ff.de
rei vendit. l.1. §.1.ff.de except.rei judicat.l.2. C.
de acquirend.possess.* & in quasi possessione ju-
ris servitutis, est text.*in l.si à re.ff.si servit.ven-
dic.* Cravett.*consil.229.num.5.* Pedemontan.
*decis.21. num.6.*

Hinc quoque in hoc interdicto posses- 16
sionem probans, eo ipso præsumitur bonâ
fide, nec clam, nec precario, familiaritatis
solum jure possidere. *l.penult.C.de evict.* Me-
noch. *allegat.remed.3.num.600.& 601.ac de re-
cuper.possess.remed.13.num.63.* Mascard. *tract.
de probat. conclus.1190. num.53.*

Und ob gleich die Beklagte hierwider 17
eingewendt/daß in deß Closters Läger-Buch/
bey beschreibung gemeiner Weyd / deren von
M. keine Meldung beschehe/auch die Closters
Verwaltere ihnen niemals einiges Zutriebs
bekantlich gewesen / daß auch immemorialis
temporis præscriptio nicht genugsam erwie-
sen solte seyn / und angegebner Zutrieb ihnen
von M. auß guter Nachbarschafft / familiari-
tatis jure, ohne tringende Schuldigkeit be-
schehen ; Jedoch seyen diese und dergleichen
vorgewendte Behelff / theils in hoc posses-
sorio judicio unerheblich / theils auch thut
sich wider dieselbige bey obiger deduction ge-
nugsame Antwort befinden. Daß also von
den Klägern diß erste requisitum intentatæ
actionis rechtmässig fundirt worden.

Anreichend das andere Requisitum,
nemlichen die geklagte Turbation : Indeme

Klägere sich beschwerten / sie wären von den Antwortern in dieser ihrer quasi Possessione juris pascendi, molestirt, turbirt, vnd so viel an ihnen / abgetrieben worden: hat man sich bey demselbigen nicht auffzuhalten; Angesehen / daß Beklagte die Kläger an ihrem Zutrieb verhindern / ist für sich selbsten offenbar / auch solches auß gegenwärtiger schweren Rechtfertigung überflüssig zuerkennen. Cùm
18 Reus turbet eo ipso, quod sese opponit in judicio. Speculat. *in tit. de actionib. seu petit. §. super petit. num. 6. versic. sed nunquid habeo.* Rolandus à Valle, *consil. 9. negari non potest. num. 10. & 11. vol. 3.* Mascard. *d. conclus. 1190.*
19 *num. 27.* Et quandocunque quis aliquem prohibet uti jure vel servitute fundi, veluti pascere, aut alium possessionis actum facere, dicitur eum in quasi servitute turbare. *l. sicuti. §. Aristo. ff. si serv. vend.* Georg. Ever-
20 hard. *consil. 65. num. 9. vol. 1.* Nec semper opus est, ut turbantis vel dolus vel culpa probetur; Etenim, ut locus sit Interdicto, ad compellendum conventum, quòd à turbatione desistat, sola turbatio sufficit sine aliqua culpa. Iohann. de Ferrar. *in pract. in d. form. lib. pro possess. turbat. verb. & in eo nititur. in fin.* Menoch. *de remed. 3. num. 604.*

2. *Præscriptio* triginta annorum non currit durante pupillari ætate. fol. 282. cons. 85. num. 81.
1. *Præscriptio* cœpta contra majorem etiam currit contra minorem. fol. 285. cons. 6. num. 179. Modo non fit in pupillari ætate. ibid.
2. *Præscriptio* consuetudine vel statuto inducta, minori currit. fol. 46. cons. 39. num. 8.
6 *Præscripta* censeatur omnes jurisdictionis species, per usum unius speciei. fol. 88. cons. 270. n. 20.
1. *Præscriptibilia* non sunt, quæ in mera facultate consistunt. fol 43. cons. 15. num. 58.
2. *Præscriptionem* allegare non potest, qui de injustitia suæ causæ est instructus, etiamsi viveret per mille annos. fol. 282. cons. 85. num. 62.
1. In *præscriptione* regalium requiritur titulus. fol. 169. cons. 3. cap. 4. num. 9. Scientia Imperatoris, num. 10. Spatium centum annorum. num. 12.
3. Ad *præscriptionem* rerum incorporalium probanda est bona fides, quæ in incorporalibus non præsumitur, nisi probetur. fol. 132. cons. 118. num. 105. Sic etiam titulus. ibid. num. 106.
1. *Præscriptionem* lex vocat iniquorum & impiorum hominum præsidium. fol. 338. cons. 10. num. 44 & fol. 363. cons. 11. num. 196.
3. Per *præscriptionem* temporis non defenditur, quod ab initio, de jure canonico, & communi effectum sortiri non potest. fol. 27. cons. 93. num. 87.
1. *Præscriptione* triginta annorum tollitur malæ fidei præsumptio. fol. 264. cons. 6. num. 46. & fol. 348. cons. 11. num. 59. & tom. 3. fol. 168. consil. 134. num. 11.
1. *Præscriptionis* interruptio per actorem facta, non solum prodest actori, sed etiam cessionem & causam habenti ab eo, vel ejus decessore. fol. 338. cons. 10. num. 43.
1. *Præscriptioni* triginta annorum, titulus necessarius non est. fol. 348. cons. 11. num. 58.
6. *Præscriptio* pro veritate habetur. fol. 137. consil. 279. num. 17. Privilegio æquipartur. ibid.
6. *Præscriptum* tantum videtur, quantum possessum. fol. 220. cons. 297. num. 22.
5. *Præstatio* in mortis tempus collata, non impedit quo minus actus inter vivos valeat. fol. 268. cons. 241. num. 6.
3. *Præsumitur* de uno quoque bonum vel malũ, consideratis primæ ætatis suæ moribus. fol. 92. cons. 110. num. 58.
5. *Præsumitur* quis talis, ex quo habetur pro tali. fol. 284. cons. 254. num. 22.
3. *Præsumitur* testator quantum fieri potest, minus gravasse hæredem. fol. 156. cons. 133. num. 145.
3. *Præsumptio* causata ex conjecturis non ita urgentibus & strictis, sed levioribus, non sufficit ad alicujus condemnationem. fol. 184. cons. 140. n. 17.
5. *Præsumptio* fortior elidit debiliorem. fol. 284. cons. 154. num. 26. & vol. 6. fol. 181. consil. 290. num. 24.
6. *Præsumptio* hominis dicitur sufficere ad condemnandum. fol. 76. cons. 269. num. 21.
5. *Præsumptio* juris relevat aliquem ab onere probandi. fol. 34. cons. 208. num. 12. Per illam adversarius gravatur duriore probatione. ibid. n. eod.
5. *Præsumptio* non est probatio, sed tantum relevatio ab onere probandi. fol. 34. cons. 208. n. 13.
3. *Præsumptionem* juris contra se habenti incumbit probatio. fol. 132. cons. 118. num. 99.
1. *Præsumptum* ex præsumpto, & tacitum ex tacito non colligitur. fol. 266. cons. 6. num. 65. & fol. 321. cons. 9. num. 22.
3. *Præsumptiones* & conjecturæ à legibus approbatæ, probationes dicuntur evidentes. f. 93. cons. 110. num. 77. Sufficiunt non solum ad imponendã pœnam pecuniariam. ibid. num. 78. Sed & ad infligendam corporis pœnam. ibid. num. 79.
4. *Præsumptiones* in iis, quæ sunt difficilis probationis ad plenam probationem sufficiunt. fol. 235. cons. 188. num. 14.
5. *Præsumptionem* contra se habens indiget fortiori probatione. fol. 243. cons. 246. num. 39.
3. *Præsumptiones* quales esse debeant, ut judicem movere possint, credere virum cum puella coiisse. fol. 184. cons. 140. num. 10. & seqq.
4. *Præsumptiones* juris non admittunt probationem in contrarium de rigore juris. fol. 130. cons. 167. num. 131.
4. Ex *Præsumptionibus* urgentioribus, quis condemnari potest in pœnam aliquam pecuniariam, vel etiam in exilium. fol. 184. cons. 179. num. 192.
1. *Præsumptioni* locus non est, ubi verba sunt clara. fol. 363. cons. 11. num. 194 in fin.
4. *Præsumptio* pro actus validitate, quæ militat, cæteris firmior & efficacior reputatur. fol. 125. cons. 167. num. 48.
5. *Præsumptio* semper in meliorem partem accipienda. fol. 11. cons. 199. num. 46.
4. *Præsumptio* specialis elidit generalem & fortior est. fol. 161. cons. 3. cap. 3. num. 2. & fol. 284. consil. 254. num. 24. vol. 5.
4. *Præsumptio* una tollit aliam. fol. 19. consil. 145. num. 37.
6. *Præsumptio* universalis eliditur per probationes fortiores. fol. 89. cons. 270. num. 26.
1. *Præteritio* paterna liberorum non admittitur, & reddit testamentum nullum. fol. 301. cons. 14. num. 93.
1. *Præteritus* in testamento duo petere potest. 1. Ut declaretur testamentum esse nullum. 2. Declarari se hæredem. fol. 286. cons. 6. num. 186.
2. *Prætor* minima non curat. fol. 181. cons. 64. num. 10.
5. *Precariò* possidens adversus concedentem non præscribit. fol. 133. cons. 233. num. 69.
3. *Precario* rogans, nulla ratione saltem respectu ejus, à quo rogavit possidere dicitur, nisi sit ei pacto speci-

ſpecialiter conceſſum. fol. 129. conſ. 118. num. 64.

3. *Precarium* in corporalibus præſumitur. fol. 130. conſ. 118. n. 70. Maxime, ubi de titulo alio non conſtat. ibid. num. 71.

3. *Precii* parvitas ipſius rei venditæ inducit præſumptionem per ſe ſimulati contractus venditionis. fol. 27. conſ. 93. num. 83.

3. *Precii* modicitas magna arguit venditionem fraudulentam. fol. 27. conſ. 93. num. 82.

3. *Pretium* juſtum cujuscunque rei taxare poteſt conſuetudo, Princeps vel Reſpublica. f. 29. conſil. 93. num. 117.

5. *Precium* rei ſubjacet oneri reſtitutionis, prout res ipſa ſubjacebat. fol. 66. conſ. 219. num. 4.

5. *Precium* ſuccedit loco rei in judiciis univerſalibus. fol. 66. conſ. 219. num. 5. Sed non contra. ibid. num. 8.

1. *Primogenia* & Statuta fæminas excludentia, non alia ratione inſtituta ſunt, quam quod ex iis familiæ conſerventur, ne diminutionem, extenuato patrimonio, ab paupertatem patiantur. fol. 62. conſ. 1. part. 2. num. 132.

1. *Primogenia* & feuda eodem jure dijudicantur. fol. 20. conſ. 1. p. 1. num. 53.

1. In *Primogeniis* neque proximitatis neque repræſentationis habenda eſt ratio. fol. 37. conſ. 1. part. 1. num. 200.

1. *Primogenitura* actu acquiſita facilius transmittitur in deſcendentes, quam non acquiſita. fol. 38. conſ. 1. p. 1. num. 210.

1. *Primogenia* & feuda eodem jure cenſentur, & primogenia tantum primogenitis deferuntur, ſicuti & feuda. fol. 47. conſ. 1. p. 2. num. 1. & ſeqq.

1. In *Primogeniis* pater filium primogenitum ſine cauſa gravare non poteſt. ibid. num. 4.

1. *Primogenitura* dignitas eſt. fol. 84. conſ. 1. p. 2. num. 268.

1. *Primogenituræ* jure, filius à patre juſta ex cauſa privari poteſt. fol. 26. conſ. 1. p. 1. n. 95. & ſeqq.

1. *Primogenituræ* jus defertur ex providentia ſuperioris, vel ex jure conſuetudinario. fol. 20. conſil. 1. p. 1. num. 58.

4. *Primogenituræ* jus etiam in allodialibus bonis locum habet. fol. 32. conſ. 148. num. 49.

1. *Primogenituræ* jus neutiquam transmitti poteſt in ſucceſſione collateralium & transverſalium. fol. 90. conſ. 1. part. 2. num. 299. Neque in ſucceſſionibus fratrum. ibid. num 300.

1. *Primogenituræ* jus vendi ac cedi poteſt. f. 116. conſ. 1. p. 3. num. 105. Saltem in præjudicium cedentis, non ſecundo geniti. fol. 116. conſ. 1. part. 3. num. 107. Et patre jam mortuo. num. 108.

1. *Primogenitus* furioſus patri non, ſed frater ſecundo genitus ſuccedit. fol. 108. conſ. 1. p. 3. n. 45.

1. *Primogenituræ* jus primogenitus non conſequitur à patre aut lege communi, ſed ex ſpeciali diſpoſitione aut conſuetudine. fol. 131. conſ. 1. part. 4. num. 32.

1. *Primogenitus* eſt, quem ætate nemo antecedit. fol. 88. conſ. 1. p. 2. num. 285.

1. *Primogenito* mortuo, in vivis exiſtente adhuc avo, etiamſi reliquerit nepotem, nihilominus patruus in primogeniis avi nepoti præfertur. fol. 88. conſ. 1. part. 2. num. 287. Niſi forſan nepos ætate major ſit patruo, tunc enim nepos patruo præfertur. fol. 89. ibid. num. 288.

4. *Primogenitus* ſolus in feudum regale ſuccedit, nec eſt inter omnes filios dividendum. fol. 28. conſ. 148. num. 2.

1. A *Primordio* tituli poſterior formari debet eventus, & qualia ſunt principia, talia cenſentur principiata. f. 51. conſ. 1. p. 2. num. 39. fol. 266. conſil. 6. num. 70. fol. 322. conſ. 9. num. 32. fol. 139. conſ. 58. n. 121. & vol. 2. f. 182. conſ. 64. n. 17. vol. eod.

3. *Princeps* adeundo hæreditatem obligatur. fol. 4. conſ 91. num. 10.

6. *Princeps* ad nullam omnino juris civilis ſolennitatem adſtringitur in teſtando. fol. 99. conſil. 272. num. 1. Saltem ad jus gentium adſtringitur. fol. 101. ibid. num. 21.

6. *Princeps* extra territorium pro privato habetur. fol. 100. conſ. 272. num. 8.

5. *Princeps* à ſuo vaſallo extraordinariam collationem, ab Imperatore & Imperii ſtatibus publice decretam exigere poteſt. fol. 137 conſ. 233. num. 89.

6. *Princeps* cenſetur omnia dediſſe quæ habuit. fol 87. conſ. 270. num. 17.

4. *Princeps* contractum cum ſubditis initum revocare non poteſt. fol. 193. conſ. 180. num. 15.

2. *Princeps* contra contractum ex quo læſus eſt, reſtituitur pariter ut minor. fol. 168. conſ 58. n. 92.

2. *Princeps* dicitur ſpoliare, ſi extrajudicialiter, & non in forma judicii procedit. f. 137. conſ. 179. n. 3.

5. *Princeps* etiamſi uſus fuerit verbis ampliſſimis, nunquam tamen à ſe eam poteſtatem eaque jura abdicaſſe, & in alium transtuliſſe cenſetur, quibus vel principali dignitati ſuperioritatique aliquid decedit, vel onera communia aggravantur. fol. 132. conſ. 233. num. 63.

4. *Princeps* etiam ſummus nemini jus ſuum ſine cauſa auferre poteſt, etiam ex jure civili deſcendens. fol. 31. conſ. 148. num. 41. & vol. 6. fol. 131. conſ. 278. num. 76.

5. *Princeps* extra territorium privatus eſt, ibique forum ſortitur. fol. 187. conſ. 238 num. 7.

2. *Princeps* fidem frangendo gravius peccare cenſetur, quam privatus. fol. 58. conſ. 44. num. 19.

2. *Princeps* immunitatem concedere poteſt ab oneribus. fol 246. conſ 79. num. 14. Poteſt tollere privatis jus quærendum, non quæſitum. ib. n. 15

4. *Princeps* intuitu univerſalis territorii ipſo jure fundatam habet intentionem in omni cauſarum genere. fol. 270. conſ. 195. num. 58.

6. *Princeps* judicat remotis ſolennitatibus & ſola veritate inſpecta. fol. 110. conſ. 272. num. 100.

2. *Princeps* munificus non debet niti ex circumſtantia temporis, & ex ea feudum auferre, eo præſertim caſu, quando non probatur, quod per contemptum domini vaſallus inveſtituram petere neglexerit. fol. 48. conſ. 39. num. 26.

4. *Princeps* non præſumitur cuiquam præjudicium facere voluiſſe, neque cuiquam jus lædere, idque nec piæ cauſæ vel utilitatis publicæ causâ. f. 191. conſ. 180. num. 67.

5. *Princeps* non tenetur ad onera collectarum sustinenda. fol. 138. conf. 233. num. 99.

4. *Princeps* multis in casibus eodem cum cæteris utitur jure. fol. 192. conf. 180. num. 106.

4. *Princeps* ordinaria potestate tollere potest, quæ sunt meri juris positivi, nec ratione aliqua naturali firmantur. fol. 101. conf. 159. num. 101.

1. *Princeps* per suum privilegium potest facere quem capacem, quod præscriptio & consuetudo non potest. fol. 444. conf. 19. num. 52.

3. *Princeps* quando petere possit ut universitates subditæ ipsi rationem reddant. f. 5. conf. 91. n. 27.

1. *Princeps* quatenus sit legibus solutus. fol. 287. conf. 6. num. 193.

4. *Princeps* quicquid facit, ex justa causa fecisse præsumitur. fol 214. conf. 182. num. 25.

5. *Princeps* qui feudum concessit investituram declarare potest. fol. 159. conf. 236. num. 8.

2. *Princeps* solus potest acrimoniam inflectere severi juris. fol. 236 conf. 73. num. 7.

5. *Princeps* solus de suo privilegio cognoscit. fol. 92. conf. 226. num. 33.

4. *Princeps* utitur duplici potestate, ordinaria & extraordinaria. fol. 192. conf. 180, num. 101. Ordinaria Majestatis potestas, legibus est soluta. fol. 192. conf. 180, num. 102.

4. *Princeps* summus ad observantiam pactorum, conventionum & contractuum, cum subditis initorum tenetur. fol. 43. conf. 151. num. 19.

2. *Princeps* si prædecessoris sui contractus annihilaret, eligeret viam, per quam ejusdem acta aliquando pariter everterentur. fol. 234. conf. 72. n. 43.

2. *Princeps* vel Comes, &c. in suo territorio est Dominus civilium legum, iisque non obstantibus facere & promittere cuncta potest, quæ non sunt contra naturalem honestatem. f. 233. conf. 72. n. 15.

3. *Princeps* utcunque summus naturæ & gentium jure pactis aut contractibus, sive cum subditis sive cum extraneis ea ineat, æque ut privatus, imo arctius obligatur. fol. 4. conf. 91. num. 7.

4. *Princeps* vasalli jus nec in totum perimere, nec illi quippiam detrahere potest. fol. 107. conf. 161. num. 33.

4 *Princeps* jura regalia in præjudicium successorum æque minuere ac subvertere non potest. fol. 107. conf. 161. num. 34.

1. *Principale* negotium semper est inspiciendum. fol. 401. conf. 14. num. 227.

5. *Principatui* inclusum, jurisdictioni quoq; suppositum intelligitur. fol. 186. conf. 238. num. 2.

2. *Principes* aliique Magnates & publicæ personæ ad fidem servandam cumprimis adstringuntur. fol. 131. conf. 58. num. 7.

2. *Principes* aliique Romano-Germanici Imperii Ordines, vigore perpetuæ sibi concessæ jurisdictionis in subditos suos, talem obtinent potestatem, quam ante concessionem illis factam in territoriis habuit Imperator, vel Imperator haberet, si nulli essent status: hujus itaque vi Imperatorem & Imperium ipsum in territoriis suis repræsentant, solâ Imperatori & Imperio superioritate excepta. fol. 246. conf. 79. num. 21. & seqq.

2. *Principes*, Comites, &c. habentes jurisdictionem in personas sibi subditas, quemadmodum obligant seipsos, ita etiam obligant successores suos in ea jurisdictione & dignitate. fol. 234. conf. 72. n. 38.

4. *Principes*, Comites, &c. Imperii absq; solennitatibus juris testari possunt. f. 36. conf. 150. p tot.

5. *Principes*, Duces & Civitates Imperiales in suis territoriis majestaticam ferme exercent jurisdictionem. fol. 152. conf 234. num. 35. Exercent in suis territoriis, quæ Imperatori in signum imperialis coronæ reservata sunt. ibidem.

4. *Principes* Ecclesiastici hodie æque ac seculares, mit aller weltlichen Obrigkeit investiuntur. fol. 278. conf. 195. num. 70.

2. *Principes* Germaniæ, in suo territorio quoad subditos absolutam habent potestatem, similesque hac in parte sunt Italiæ Principibus. fol. 246. conf. 79. num. 17. Ita, ut id, quod in absolutis Regnis Majestas, hoc ferè statibus Imperii jus territoriale vulgò die Lands-Fürstliche Obrigkeit permittit. ibid. num. 19.

2. *Principes* Germaniæ legum ferendarum statutorumq; condendorum regali, quoad subditos gaudent. f. 256. conf 81 num. 11.

3. *Principes* gratiam & privilegia, per se vel prædecessores concessa, prout ipsis videtur revocare possunt. f. 3. conf. 91. num. 4. Nisi sint privilegia factionata & titulata. fol. 4. ibid. num 6.

4. *Principes*, qui Imperio immediatè subjecti non sunt, sed aliis Principibus aut Statibus subjecti simpliciter Lands-Fürsten / non verò Reichs-Fürsten indigitantur. f. 270. conf. 195. num. 55.

1. *Principes*, res ad Regiam coronam spectantes neq; concedere, neq; alienare, neq; donare Ecclesiæ possunt, si id in enormem regni læsionem cedat. f. 18. conf. 1. p. 1. num. 42.

2. *Principes* videntur admitti per successionem excepto summo Pontifice & Imperatore, qui creantur per electionem. f. 234. conf. 72. num. 39.

5. *Principi*, qui habet die Lands-Fürstliche Obrigkeit / omnes, qui sunt in & de territorio homagium præstare coguntur. f. 125. conf. 233. n. 12.

4. *Principis* authoritas tollit remedium restitutionis in integrum. fol. 214. conf. 182, num. 28.

4. *Principis* authoritas inducit præsumptionem exclusivam læsionis. ibid. num. 26.

4. *Principis* factum reputatur casus fortuitus. f. 262. conf. 194. num. 65.

5. *Principis* jurisdictio generalis in suo territorio vel provincia est notoria juris & de jure. f. 123. conf. 233. num. 7.

5. *Principium* in omni re spectandum. f. 193. conf. 238. num. 38.

6. *Principum* concessiones latissime sunt interpretandæ. fol. 93. conf. 270. num. 29.

4. *Principum* contractus omnes bonæ fidei, & verba loco juramenti sunt. fol. 37. conf. 150. n. 27.

6. In delictis *Principium* non exitus spectatur. fol. 181. conf. 290. num. 21. & fol. 231. conf. 293. num. 1.

6. *Principum* beneficia contra ipsos Principes latissimam interpretationem accipiunt. fol. 91. consil. 270. num. 8.

2. *Principum*

2. *Principum* privilegia & rescripta in dubio ex jure communi recipiunt interpretationem, nec in præjudicium tertii, qui jus constitutum pro se habet, detorqueri possunt. fol. 42. cons. 36. num. 8.

2. In *Principio* & origine fit fundamentum, in quo rei status includitur totus. fol. 182. cons. 64. num. 17.

2. *Privatio* & amissio juris sui pœna est. fol. 195. cons. 57. num. 195.

1. *Privatio* præsupponit habitum. fol. 394. cons. 14. num. 132.

1. A *Privatione* ad habitum nullus datur regressus. fol. 396. cons. 14. num. 156.

2. *Privilegia* in dubio ita interpretanda sunt, ut quam minime devitant à jure communi. fol. 295. cons. 88. num. 77.

1. *Privilegia* in præjudicium tertii non valent. f. 178. cons. 4. num. 17. Et lapsu decenni exspirant. ibid. num. 22.

5. *Privilegia*, Leges & Statuta, per usum & observantiam subsecutam quotidie interpretationem capiunt. fol. 12. cons. 199. n. 52.

1. *Privilegia* senectutis. remissive. fol. 87. cons. 1. p. 2. num. 282.

5. *Privilegia* S. Iohannis Equestris Ordinis. fol. 184. cons. 238. per tot.

2. *Privilegiatus* contra privilegiatum indifferenter restituitur, quando privilegium impar & magis potens est. fol. 163. cons. 62. num. 41. & fol. 239. cons. 75. num. 21. vol. eod.

1. *Privilegii* causa cessante, cessat privilegium. fol. 73. cons. 1. p. 2. num. 214.

1. In *Privilegiis* appellatione filiorum non continentur Nepotes. fol. 92. cons. 1. p. 2. num. 306.

2. Causa in *Privilegio* expressa regulariter præsumitur impulsiva. fol. 295. cons. 88. num. 79.

1. *Privilegii* renunciatio inducitur per quamlibet contraventionem spontaneam etiam unicam. fol. 178. cons. 4. num. 23.

1. In *Privilegiis*, contra jus commune concessis, nequaquam masculinum concipit fœmininum. fol. 53. cons. 1. p. 2. num. 56.

6. *Privilegium* à die notitiæ vires accipit. fol. 130. cons. 277. num. 67.

1. *Privilegium* concessum omnibus descendentibus masculis & fœminis, competit filiabus nondum maritatis. fol 66. cons. 1. p. 2. num. 164.

1. *Privilegium* edi & produci debet, alias non potest attendi. fol. 178. cons. 4. num. 24.

2. *Privilegium* in jure tanti & tam maximi valoris est, ut etiam ad collectas illaque onera propter bellum vel aliam publicam necessitatem indicta extendi possit. fol. 244. cons. 79. in præmissis.

1. *Privilegium* qualitati datum, veram nō fictam qualitatem requirit. fol. 73. cons. 1. p. 2. num. 210.

2. *Privilegium* quæsitum mediante consuetudine non tollitur per actus duos vel tres contrarios. fol. 250. cons. 79. num. 79.

1. *Privilegium* ratione ætatis personale est. f. 91. cons. 1. p. 2. num. 303.

1. *Privilegium* patris quandoq; ad filium transit. ibid. num. 304.

1. *Privilegium* semper sine alterius præjudicio intelligi debet. fol. 113. cons. 1. p. 3. num. 77.

1. *Privilegiatus* contra pariter privilegiatum privilegio non utitur. fol. 113. cons. 1. p. 3. num. 79.

1. *Privilegium* semel extinctum ob causæ cessationem, non reviviscit, etiamsi causa ista iterum appareat. fol. 90. cons. 1. p. 2. num. 297.

1. *Privilegium* successoris, secundum varietatem temporis & personæ attendi debet. fol. 109. cons. 1. p. 3. num. 56.

6. *Prius* nominati, *prius* etiam vocati censentur. fol. 8. cons. 258. num. 28.

2. *Probandi* facultas nemini etiam propalam delinquenti, est auferenda. fol. 63. cons. 45. num. 2.

4. *Probandi* onus illi incumbit, qui jus aliquod in cujus quasi possessione non est, sibi asserit. f. 188. cons. 180. num. 18.

6. *Probare* non cogitur qui habet juris præsumptionem pro se. fol. 132. cons. 278. num. 1.

6. *Probatio* æqualis aliam enervat. fol. 33. cons. 261. num. 36.

2. *Probatio* contra tenorem Instrumenti non admittitur, nisi per aliam scripturam. fol. 131. cons. 58. num. 4. & fol. 167. cons. 63. n. 5.

5. *Probatio* dubia non relevat. f. 248. cons. 246. num. 72.

6. *Probatio* dubia pro defensione sufficit. f. 180. cons. 290. num. 20.

1. *Probatio* per conjecturas in ultimis voluntatib. dicitur evidens & manifesta. f. 227. cons. 5. n. 238.

6. *Probatio* perfecta in causa matrimoniali requiritur. fol. 27. cons. 261. num. 4.

3. *Probatio* præsumptiva sufficit, propter difficultatem probationis. fol. 183. cons. 140. num. 7.

3. *Probatio* qualis qualis in antiquis sufficit. fol. 127. cons. 118. num. 34.

1. *Probationes* aptæ non confirmant libellum ineptum. fol. 345. cons. 11. num. 9.

3. *Probationes* efficaces requiruntur in causis gravibus. fol. 89. cons. 110. num. 3.

2. *Probationes* & instrumenta in criminalibus quandocunq; admittuntur. fol. 91. cons. 53. n. 9.

6. *Probationes* imperfectæ in causis matriminalibus non conjunguntur. fol. 30. cons. 261. num. 25.

4. *Probationes* in criminalibus luce clariores esse debent. fol. 134. cons. 169. nnm. 10.

5. *Probationibus* & Testibus Rei magis creditur. fol. 248. cons. 246. num. 74.

2. *Probationis* oblatio, post conclusionem, imo post sententiam quoque in dubio acceptari debet. fol. 63. cons. 45. num. 3.

3. *Probationum* conjunctio non tantum in civilibus, sed & in criminalibus permissa est. f. 95. consil. 110. num. 108.

6. *Probationum* facultas amplianda non angustanda est. fol. 70. cons. 268. num. 38.

4. *Processus* cum religioso procuratore gestus, si non excipiatur valet. fol. 215. cons. 182. num. 42.

2. *Processus* legitimus ad privationem feudi omni jure desideratur. fol. 120. cons. 57. num. 175.

5. De *Processu* contra sagas observando. fol. 275. cons. 253. per tot.

5. *Processus*, post capturam ordinarius in criminalibus observari debet. fol. 292. conf. 255. n. 10.

4. *Procurator* cum libera, bona, quæ administrat, alienare, ære vel alieno gravare non potest, nisi vel necessitas, vel evidens utilitas hoc requirat. f. 153. conf. 171. num. 236.

6. *Procurator* mandati fines diligenter custodire debet. fol. 46. conf. 263. num. 42.

5. *Procuratores* simplices esse non possunt, qui habent merum & mixtum imperium. fol. 115. consil. 232. num. 55.

5. *Procuratoris* constitutio generalis, videlicet, constitutio ad causam, quam habeo cum Titio, & ad omnes alias causas, intelligitur, restricta ad illas, quas habeo cum Titio. f. 108. conf. 231. n. 24.

2. *Prohibita* alienatione invita, non censetur prohibita in casum mortis & per testamentum. f. 274. conf. 83. n. 152. & vol. 4. fol. 155. conf. 171. n. 259.

3. *Prohibita* alienatione ut bona permaneant in familia, inducitur fideicommissum simplex. f. 158. conf. 133. num. 32. Et est realis. ibid. num. 33. Et includit omnes descendentes. fol. 159. num. 34.

2. *Prohibita* rei alienatione prohibitus censetur omnis actus, quo res illa à nobis ad alium transire potest. fol. 267. conf. 83. num. 58.

4. Quod una via *prohibetur*, id neq; alia via concedi debet. fol. 159. conf. 172. num. 44.

1. *Prohibitio* alienandi non comprehendit eos, qui sunt ex familia. fol. 346. conf. 11. num. 35.

3. *Prohibitio* de non alienando non extenditur ad legitimam. fol. 161. conf. 133. num. 71.

1. *Prohibitio* est stricti juris & odiosa. folio 346. conf. 11. num. 18.

2. *Prohibentis* conditio melior est in re multis communi. fol. 266. conf. 83. num. 36.

1. *Prohibitio* hominis expressa fortior est, quam tacita. fol. 357. conf. 11. n. 133.

2. In *Præscriptione* alienationis principaliter considerari debet mens disponentis & ratio prohibitionis. fol. 264. conf. 83. num. 12.

1. *Prohibitionis* causa cessante, cessat prohibitio. fol. 74. conf. 1. p. 2. num. 218.

2. *Prohibitio* per testamentum fortior est, quam facta in contractu. fol. 265. conf. 83. num. 21.

1. *Prohibitum* ad tempus, post tempus ejus alienatio permissa censetur. fol. 345. conf. 11. num. 15.

1. *Prohibitus* alienare hæredem instituere potest. fol. 347. conf. 11. num. 41.

2. *Prohibitus* alienare vel donare, non prohibetur, alienare vel donare in conjunctos, ad quos, post mortem donantis bona pervenire deberent. f. 264. conf. 83. num. 8.

4. *Prohibitio* uno, censentur prohibita omnia, quæ inde sequuntur. fol. 159. conf. 172. n. 45.

4. *Prohibitus* alienare hæreditatem delatam repudiare potest. fol. 200. conf. 181. num. 43.

3. *Proles* viro alicui adjudicari non potest, nisi confessus vel convictus fuerit, quod matrem talis prolis septimo, octavo, nono vel decimo mense carnaliter cognoverit. fol. 183. conf. 140. num. 2.

4. *Promissa* omnino sunt adimplenda, & fidem fallere grave est. fol. 261. conf. 194. num. 47.

4. *Promissio* judicis reo criminis facta, ut delicta confiteatur servanda est. fol. 224. conf. 184. n. 6.

6. *Promissio* bey Freyherrlichen Worten / Trauw und Glauben / juramento æquiparatur. f. 200. consil. 294. num. 34.

1. *Promissio* sub fide & dignitate principali juramento æquiparatur. fol. 385. conf. 13. num. 121. fol. 58. conf. 44. num. 17. vol. 2.

2. *Promissio* sub fide Nobilitatis. &c. juramento æquipollet. fol. 34. conf. 32. num. 13.

5. *Promissio* omnis in dubio præsumitur pura. f. 179. conf. 237. num. 69.

1. *Promissio* per fidem, & jurare per *Deum* paria sunt. fol. 377. conf. 13. num. 24.

5. *Promissio* sub modo statim obligat nec suspenditur. fol. 17. conf. 210. num. 9.

3. *Promissio* simplex in foro conscientiæ est implenda. fol. 80. conf. 107. num. 3.

2. *Promittens* transferre dominium ad interesse tenetur. fol. 80. conf. 49. n. 96.

6. *Promissum* cadit in debitum. f. 68. conf. 268. num. 19.

1. *Propositum* in mente retentum nihil operatur. fol. 346. conf. 11. num 29 ibid. n. 31.

5. *Propria* quilibet diligentius custodit. fol. 259. conf. 249. num. 9.

1. *Proprietarius* an possit ex parte vel in totum excidere suam sylvam in præjudicium alterius qui jus venandi habet. f. 413. conf. 15. quæst. 2. per tot.

1. *Proprietas* cum possessione nihil commune habet. fol. 141. conf. 2. num. 7.

5. *Prorogatio* in judicem ordinarium fieri potest à vasallo in feudis hæredariis, etiam domino invito. fol. 109. conf. 231. num. 29.

5. *Prorogatio* invito judice competente fieri non potest. fol. 89. conf. 226. num. 12.

2. *Protestatio* conservat jus protestantis. fol. 192. conf. 66. num. 14.

1. *Protestatio* declaratoria voluntatis nihil operatur in his quæ à voluntate nostra non dependent. fol. 383. conf. 13. num. 87.

2. *Protestatio* facto contraria nihil operatur. fol. 68. conf. 46. num. 35.

2. *Protestatio* verbis injuriosis subjecta vel præmissa injuriam non removet. f. 16. conf 28. n. 26.

6. *Provincia* est quædam universitas fol. 121. consil. 277. num. 35.

2. *Provisio* hominis tollit provisionem legis. fol. 22. conf. 29. num. 11.

3. *Provisione* speciali opus non est, nec debet singulariter peti & impetrari, quod juris dispositione provisum est. fol. 173. conf. 134. num. 96.

2. *Provocans* censetur esse in dolo & culpa, non provocatus. fol 87. conf. 50. num. 4.

5. *Provocatio* ad divisionem meræ est facultatis. fol. 264. conf. 249. num. 40.

6. *Proxeneta* in testem non admittitur. folio. 29. conf. 261. num. 16.

6. *Proximior* primo loco admittendus, si plures nomine collectivo sint vocati. f. 53. conf. 265. n. 13.

1. *Proxima* causa semper magis operatur quam remota. fol. 33. conf. 1. p. 1. num. 163.

1. *Proximi-*

1. *Proximitatis* & Gradus tanta est potentia, ut in primogenitis constitutis nullis expressis clausulis, præferatur fœmina proximior, licet in remotiori masculus non deficiat. fol. 15. cons. 1. p. 1. n. 26.

5. *Pubes* potest testificare de iis quæ vidit in pupillari ætate. fol. 292. cons. 255. num. 8.

3. *Publica* & communia majori consideratione indigent. fol. 147. cons. 234. num. 4.

3. *Publiciana* quæ competit ad rem aliquam, competit etiam ad ejus augmentum. fol. 166. cons. 133. num. 142.

5. *Publicatio* bonorum sine consuetudine & veteri statuto induci non potest. f. 147. cons. 234. n. 6.

5. *Publica* utilitas privatorum commodis præferenda fol. 297. cons. 256. num. 25.

2. *Publice* utile est homines nimiis sumptibus non vexari. fol. 204. cons. 69. num. 48.

1. *Punitus* iterum & bis puniri non debet. f. 429. cons. 17. num. 12.

1. *Pupilli* à jure illæsi & indemnes penitus conservantur, ita ut tutorum negligentia ipsis obesse non possit. fol. 319. cons. 8. num. 33.

4. *Pupillus* tutori suo aliquid donare prohibetur. fol. 47. cons. 151. num. 84.

3. *Pupillus* ubi educari debeat, in arbitrio judicis situm est. fol. 102. cons. 11. n. 208.

2. *Purificata* conditione, actus pro puro & nunquam conditionato habetur. f. 276. cons. 84. n. 6.

1. Verba ne *puysse* necessitatem absolutam inducunt, & omnem potentiam juris facti tollunt. fol. 351. cons. 11. num. 77.

Q.

5. *Quæstio* est res fragilis & periculosa. fol. 276. cons. 253. num. 7.

4. *Qualitas* ista dolum & injuriandi libidinem abfuisse, cum in animo consistat, qui nullo externo sensu percipi potest, exactas & plenas probationes non requirit, sed conjecturæ sufficiunt. f. 90. consil. 158. num. 46.

5. *Qualitas* quæ ex juris dispositione inest, semper tacite repetita intelligitur f. 158. cons. 236. n. 4.

2. *Qualitas* specifice in quavis dispositione qualificata probari debet. fol. 243. cons. 77. n. 12.

5. *Qualitas* qua semel res aliqua affecta fuit illam semper sequitur & durat in quemcunque possessorem. fol. 51. cons. 212. num. 74.

1. *Qualitas* verbo adjuncta interpretationem ab eo tempore mutuatur, quod inest verbo participiove cui adjecta est. fol. 75. cons. 1. p. 2. num. 221.

2. Ex *qualitate* rei venditæ & pretii quantitate intelligitur quid actum sit. fol. 197. cons. 68. n. 22.

1. Dictio *quandocunq.* præscriptionem excludit. fol. 387. cons. 14. num. 27.

6. *Quasi* possessionem actus unicus inducit. fol. 85. cons. 270. num. 5.

1. *Quasi*, improprietatem importat. f. 70. cons. 1. p. 2. num. 198.

4. Dictio *Quemadmodum* non omnimodam similitudinem notat. fol. 152. cons. 171. num. 227.

5. *Querela* de falso vel invalido Testamento. fol. 100. cons. 230. num. 1.

1. *Querela* inofficiosi testamenti non nascitur ante aditam hæreditatem. fol. 115. cons. 1. p. 3. n. 89.

3. *Quetantia*, post triginta dies revocari non potest. fol. 193. cons. 142. num. 17.

6. *Quietatio* obtinet omnem securitatem. f. 202. cons. 294. num. 40.

2. *Quietatio* non præstatur nec debetur, nisi omnibus præsolutis. fol. 141. cons. 59. num. 4. Ea facta & reddita intelligitur, super rationibus conclusum, solutum & transactum, ideoque acquiescendum, etiamsi postea plus deberi, comperiatur. fol. 141. cons. 59. n. 5. & seq. Et per triginta dies inducit veram solutionis probationem. ibid. num. 7. Nec amplius exceptio non soluti debiti competit. f. 141. cons. 59. n. 8. & p. 3. f. 193. cons. 142. n. 15.

2. *Quietatione* solutio optime probatur. fol. 183. cons. 64. num. 33. & p. 3. fol. 193. cons. 142. n. 13.

1. *Qui* jure suo utitur nemini facit injuriam. fol. 418. cons. 15. num. 89.

1. *Quilibet* rei suæ moderator est & arbiter. fol. 18. cons. 1. p. 1. num. 43.

2. *Quilibet* præsumitur velle quod lex & sanctio pragmatica Imperii jubet. fol. 192. cons. 66. n. 17.

1. *Quodam*modo improprietatem importat. fol. 70. cons. 1. p. 2. num. 198.

1. *Quod* fit jure permittente pœnam non meretur. fol. 412 cons. 15. num. 11.

1. *Quod* non mutatur, quare stare prohibeatur. fol. 360. cons. 11. num. 174.

2. *Quod* ab initio in contractibus est voluntatis, id ex post facto fit necessitatis, f. 251. cons. 80. n. 4.

1. *Quod omnes* concernit, ab omnibus approbandum. fol. 338. cons. 18. num. 56. & fol. 83. cons. 49. n. 139. vol. 2. & vol. eod. f. 266. cons. 83. n. 34.

1. *Quod* tibi non nocet & alteri prodest, facile est concedendum. fol. 413. cons. 15. num. 54.

R.

1. *Radix* mortificata nunquam facit virentem stipitem. fol. 181. cons. 4. num. 62.

2. *Raptus* pœna ordinaria tunc excluditur, quando mulieris voluntas est libera & spontanea, sine aliqua coactione manifesta, vel etiam præsumpta. f. 50. cons. 40. numer. 1. Ita etiam quando mulieres sunt leves. ibid. num. 3.

2. *Ratificatio* majori facta in alienatione post lapsum quinquennii, tantum tollit defectum decreti. fol. 297. cons. 85. num. 10.

1. *Ratificatio* in præjudicium tertii non potest retrotrahi. fol. 366. cons. 11. num. 217.

2. *Ratificare* testamentum præsumitur petens vel retinens bona sibi in testamento relicta. fol. 187. cons. 65. num. 5.

2. *Ratificare* locationem præsumitur percipiens annuos fructus vel reditus. fol. 187. cons. 65. n. 4.

2. *Ratihabitio* alienationis præsumitur ex petitione precii. fol. 187. cons. 65. num. 6.

2. *Ratihabitio* non verbis solum & factis fit, puta perceptione fructuum, receptione census, expensione precii. fol. 187. cons. 65. num. 2.

4. *Ratihabito* paterna in nuptiis liberorum non retrotrahitur, sed ex die consensus præstiti demum nuptiæ fiunt, nec liberi interea nati legitimantur. fol. 8. cons. 143. num. 21.


5. *Ratiha-*

5. *Ratihabitio* patris in liberorum nuptiis non ſufficit. fol. 298. conſ. 256. n. 32.

5. *Ratio* debet eſſe neceſſaria & generalis. f. 117. conſ. 232. num. 75.

1. *Ratio* eſt conjunctio diverſorum caſuum, ad eundem finem tendentium. fol. 89. conſ. 1. p. 2. num. 291.

1. *Ratio* generalis, præcedentem proviſionem ſpecialiter factam non ampliat. fol. 356. conſ. 11. num. 27. & fol. 345. conſ. 11. n. 11.

5. *Ratio* illa ſumenda per quam hæres minus gravatur. fol. 234. conſ. 245. num. 8.

5. *Ratio* in omni diſpoſitione inveſtiganda, quæ ſi ceſſaverit ipſa etiam corruit diſpoſitio. fol. 222. conſ. 243. num. 14.

2. *Ratio* legis ubi militat, caſus tacite incluſus cenſetur. fol. 96. conſ. 55. num. 42.

2. *Ratio* naturalis ſufficit in reſtitutione ſine lege. fol. 183. conſ. 64. num. 45. & ſeq.

5. *Rationem* quærere in iis quæ naturæ ductu percipiuntur rationis non eſt. f. 227 conſ. 243. n. 40.

1. *Rationem* quærere ubi habemus ſenſum, nihil aliud quam infirmitas intellectus eſt. fol. 303. conſ. 7. num. 70.

1. *Ratio* ubi eadem ibi idem jus ſtatuendum. fol. 77. conſ. 1. p. 2. num. 226. fol 294. conſ. 7. num. 28. fol. 350. conſ. 11. num. 71. & vol. 6. folio. 13. conſ. 158. num. 72. Eſt anima legis ibidem.

6. *Realis* ſervitus rei debetur, nec ſeparari poteſt, ſed ei inſeparabiliter inhæret. f. 49. conſ. 264. n. 10.

2. *Re* non poteſt obligatio contrahi, niſi quatenus datum eſt. fol. 134. conſ. 58. num. 50.

4. *Rebus* ſuis legem imponere, quam vult quilibet poteſt. fol. 25. conſ. 147 num. 16.

4. *Recantatio* in actione injuriarum infamiam non importat. fol. 91. conſ. 158. num. 66.

3. *Reconventio* aliud nihil eſt, quam rei conventi adverſus actorem, durante conventionis judicio ſub eodem judice inſtituta, parique paſſu agitata actio. fol. 59. conſ. 98. n. 9.

3. *Reconventio* cum conventione, in eadem ſententia decidenda, niſi conventio celerem expeditionem deſideret, & cum periculo animarum ſit conjuncta. fol. 59. conſ. 98. num. 15.

3. *Reconventio* inſtitui poteſt coram judice delegato, in Remiſſions Sachen/ nec opus eſt, ut in commiſſione reconventionis fiat mentio. fol. 59. conſ. 98. num. 18.

2. *Redimendi* facultas, quæ conſiſtit in dando & faciendo, videtur impleri poſſe per unum, etiamſi totum offerat & deponat precium, quia quoad aliorum portiones ille unus nullum jus habet. fol. 267. conſ. 83. num. 49.

4. *Reintegratio* datur in illis bonis, in quibus præceſſit excluſio. fol. 220. conſ. 182. num. 91.

3. *Reditus* fructuarii liciti ſunt. fol. 31. conſ. 93. num. 151.

3. *Reductio* non eſt facienda in contractibus præcedentibus Conſtitutionem Imperialem. fol. 31. conſ. 93. num. 146.

6. *Reformatio* Religionis cui Iuriſdictionis ſpeciei adhæreat. f. 218. conſ. 297. num. 2. ſeqq.

5. *Reformatio* Religionis ſuperioritatis eſt ſequela. fol. 126. conſ. 233. num. 22.

7. *Reformationis* Religionis poteſtas præſcriptione acquiritur. fol. 227. conſ. 298. num. 6.

1. *Regalia* habens, poteſt omnia, quæ Princeps. fol. 168. conſ. 3. c. 4. num. 2.

6. *Regalia* in venditione caſtri continentur, ſi ſciente & patiente venditore longo tempore illis uſus fuerit. fol. 95. conſ. 270. num. 44.

5. *Regalia* non cenſentur conceſſa per quæcunq; verba generalia. fol. 144. conſ. 23. num. 129.

3. *Regalia* nova, ut conſtituantur, aut ut confiſcationes bonorum damnatorum reducantur non videtur conſultum. fol. 46. conſ. 95. num. 98. & volum. 4. fol. 183. conſ. 179. num. 176.

5. *Regalibus* aliquibus expreſſis, etiam alia ſimilia reſervata intelliguntur, ſi nulla verba taxativa adſunt. fol. 123. conſ. 233. num. 5.

5. Magiſtratus conſtituere eſt de *Regalibus.* fol. 145. conſ. 233. num. 133.

1. *Regalibus* expreſſis etiam alia iis ſimilia conceſſa intelliguntur, quævis majora expreſſis, dummodo poſſeſſor, Principe non reclamante uſus ſit. f. 169. conſ. 3. c. 4. num. 17.

1. *Regalis* poteſtas munus publicum eſt. fol. 80. conſ. 1. p. 2. num. 245.

1. *Reges* conſtantes & ſecreta cuſtodientes eſſe debent. fol. 50. conſ. 1. p. 2. n. 28.

1. *Regna* atque primogenia indiviſibilia ſunt, & primogenito tantum deferuntur. fol. 17. conſ. 1. p. 1. num. 31.

1. *Regna* neque caſtra vel oppida ſub eo contenta alienari poſſunt. fol. 18. conſ. 1. p. 1. num. 41.

1. *Regna* ſunt hæreditaria, maxime Luſitanorum. fol. 14. & 15. conſ. 1. p. 1. num. 18. & n. 21.

1. *Regnum* aut Civitas in eo tantum caſu poteſt ſe à Principis ditione liberare, in quo Princeps immemoriali tempore paſſus eſt regnum aut populum veluti pro libero jure ſuo uti. fol. 135. conſ. 1. p. 4. num. 48. & ſeq.

1. *Regno* pars aucta debet regi ſecundum leges ipſius regni. fol. 137. conſ. 1. p. 4. num. 55.

5. Intra *Regni* ſeu Principatus fines vel terminos exiſtens intelligitur jure ſuperioritatis ſubjunctum eſſe. fol. 185. conſ. 238. num. 1.

1. *Regnum* judicari debet ſecundum leges antiquas provinciæ aut regni, à quo disjunctum fuit, niſi in contrarium alia lex condita fuerit. f. 136. conſil. 1. p. 4. num. 52.

1. *Regna* fere omnia per ſucceſſionem in infinitum deferuntur. fol. 136. conſ. 1. p. 4. num. 53. Ita ut abſq; legitima cauſa nec Rex, nec ejus ſucceſſores regno privari poſſunt. ibid num. 54.

1. *Regnum* dignitas eſt. f. 81. conſ. 1. p. 2. n. 50.

1. *Regnum* Portugalliæ à filia naturali originem trahit. fol. 137. conſ. 1. p. 4. n. 57.

1. *Regnum,* ſi originem à fœmina trahit in illo maſculi ex fœminis deſcendentes ſuccedunt, etiamſi non defecerint ex altera linea fœminæ ex maſculo deſcendentes. fol. 52. conſ. 1. p. 2. num. 43.

6. *Regreſſum* habere ad ea, quibus renunciavit, abſurdum eſt. fol. 202. conſ. 294. num. 45.

3. *Regula*

3. *Regulæ* standum, donec de exceptione doceatur. fol. 117. conf. 115. num. 4.
1. *Regulam* pro se habens obtinet nisi adversarius doceat, aperte illud, de quo est quæstio, esse specialiter exceptum. fol. 412. conf. 15. num. 15. vol. 3. fol. 59. conf. 98. num. 12. & volum. 4. fol. 28. conf. 148. num. 8.
5. Reichsstewr/ quid proprie sit. fol. 130. conf. 233. num. 49.
5. Reichssteur est, de reservatis Imperatoris. f. 131. conf. 233. num. 59.
6. *Rei* probationibus in dubio favendum. f. 33. conf. 261. num. 36.
5. *Reipublicæ* utilitas, Imperiiq; dignitas omnibus privatis commodis anteponenda. f. 147. consil. 234. num. 4.
2. In *Reiterabilibus* per unicum actum non præjudicatur in futurum. f. 250. conf. 79. num. 83.
5. *Reiteratio* actus arguit enixam voluntatem. f. 259. conf. 249. num. 6.
1. In *rei vindicatione* declaratio in dominii conclusione non est necessaria. f. 358. conf. 11. n. 148.
1. *Rei vendicatio* pro fideicommisso etiam universali competit. fol. 265. conf. 6. num. 58. & fol. 349. conf 11. num. 68. & fol. 358. n. 149.
5. *Relata redditiva, ci illorum, eorum vel dictorum* referenda sunt ad omnia superiora, nisi sententiæ contrariæ præcessissent. f. 123. conf. 233. n. 6.
1. *Relatio* debet fieri ad proxima non ad remota. fol. 346. conf. 11. num. 34.
4. *Relatio* inducit repetitionem omnium cum suis qualitatibus. fol. 243. conf. 190. num. 1.
3. *Relatum* ad aliud, secundum illud intelligi debet. fol. 159. conf. 133. num. 45.
1. *Relative* posita nihil novi inducunt. fol. 335. conf. 10. num. 25.
1. *Relatum* inest suo referenti cum omnibus qualitatibus ipsi relato adjectis. f. 214. conf. 5. n. 147.
1. Quicquid est in termino *relato*, idem est in referente. fol. 350. conf. conf. 11. n. 76.
6. *Religio* est jurisdictionis sequela. f. 227. conf. 298. num. 4.
4. *Religiosis* cohærentia, simpliciter religiosa censentur. fol. 157. conf. 172. n. 10.
4. *Religiosus* quatenus esse possit procurator in judicio. fol. 215. conf. 182. n. 36.
5. Verbum *Relinquo* trahitur etiam ad institutionem, pariter verbum *lego* universitati vel quotæ adjectum. fol. 59. conf. 216. num. 30 & 31.
6. *Relictum* amore DEI debet extendi per omnem possibilem modum. fol. 38. conf. 263. n. 6.
3. *Relictum* omne, quod fit illi cui legitima debetur, censetur factum jure institutionis. fol. 122. conf. 116. num. 32.
3. *Relictum* sub conditione aut in diem incertum, tunc neque cessit, neq; venit dies pendente conditione. fol. 78. conf. 105. n. 10.
2. *Remedia* plura cui competunt, si unum ex iis eligat, per hoc non censentur aliis renunciasse. fol. 235. conf. 72. num. 57.
2. Electio unius *remedii* executivi non præcludit viam aliis, quando per primum non est satisfactum creditori. fol. 235. conf. 72. num. 59.
6. *Remedium* can. redintegranda. pro jurisdictione etiam competit. fol. 90. conf. 270. num. 36.
2. *Remedium* can. redintegranda. 3. quæst. 1. novum, & cæteris omnibus sui natura pinguius existit. fol. 86. conf. 49 num. 174. In illo sufficit antiquiorem possessionem, & reum nunc possidere, probare. fol. 86. conf. 49. num. 178.
1. *Remedium* can. redintegranda. 3. quæst. 1. pro possessore rerum incorporalium datur. fol. 419. conf. 15. num. 109.
2. *Remedium* L. fin. C. d. Edict. Div. Hadrian. toll. ubi & quando locum habeat. fol. 102. conf. 56. num. 55. & seqq.
1. *Remedium* L. 2. C. d. rescind. vendit. locum habet in spe vendita. fol. 114. conf. 1. p. 3. n. 86.
2. *Remedium* L. majoribus 3. C. commun. utriusq; judic. competit etiam læso non usque ad dimidium in divisione. fol. 279. conf. 85. num. 7.
3. *Remissiones* Reorum florente Republica Romanorum in usu fuerunt. fol. 153. conf. 131. n. 3.
3. *Remissiones* Reorum non fiunt ex debito, sed ex urbanitate, jure benevolentiæ & vicinitatis. fol. 154. conf. 131. num. 13.
3. *Remittere* maleficio obstrictum judex requisitus, non cogitur judici alterius loci. fol. 153. conf. 131. num. 5.
1. *Remotior* in gradu non præsumitur proximiori & magis dilecto prælatus. fol. 315. conf. 8. n. 15.
1. *Rem* petere intendenti consultum est animadvertere, an aliquo interdicto possit possessionem nancisci. fol. 141. conf. 2. num. 2.
2. *Renovatio* investiturarum est quædam novatio, & qui posteriori investituræ consentit, antiquæ jus perdit. fol. 47. conf. 39. num. 19. & 20.
1. Rent- vnd Gerichts-häuser pertinent ad eum qui habet merum & mixtum Imperium. fol. 175. conf. 3. cap. 4. tit. 6. num. 1.
3. *Renuncians* & disponens si sibi faciat aliquas reservationes se excludit ab omnibus aliis, & nihil ulterius sibi reservare videtur. fol. 170. conf. 134. num. 49.
4. *Renuncians* Filia cum reservatione successionis, fœmellas fratris, in cujus favorem renunciavit omnino excludit. fol. 75. conf. 221. num. 40.
1. *Renuncians* hæreditati feudo non renunciat. fol. 148. conf. 2. num. 30.
3. *Renuncians* Mulier non præsumitur certiorata de jure suo. fol. 171. conf. 134. num. 59.
3. Certioratio non est necessaria earum personarum in *Renunciationibus*, quibus jus ignorare non est permissum. fol. 171. conf. 134. num. 61.
1. *Renuncianti* juri suo non datur regressus. fol. 377. conf. 13. n. 26. & f. 388. conf. 14. n. 44. & seqq.
6. *Renunciare* juri suo cuivis licet. fol. 202. conf. 294. num. 44.
3. *Renunciari* juri futuro non potest. fol. 170. conf. 134. num. 52.
5. *Renunciare* juri nemo præsumitur, quod sibi competere ignorat. fol. 220. conf. 243. num. 3.
2. *Renunciare* nemo præsumitur juribus suis. f. 84. conf. 49. num. 151.
1. *Renunciatio* etiam jurata personalis est, nec

transit in gradum sequentem. fol. 397. conf. 14. n. 165. Et quædam donatio. ibid. num. 168.

3. *Renunciatio* est stricti juris. fol. 171. conf. 134. num. 57. & vol. 4. fol. 139. conf. 171. num. 30.

1. *Renunciatio* à filia facta, ejus liberis, ex propria persona post mortem matris succedere volentibus, non nocet fol. 66. conf. 1. p. 2. num. 167.

1. *Renunciatio* filiæ sine juramento non valet. f. 378. conf. 13. num. 30. & fol. 386. conf. 14. n. 3.

1. *Renunciatio* filiarũ hæreditatis paternæ & maternæ non impedit, quo minus masculis mortuis portionẽ suam consequi possint. f. 154. conf. 2. n. 50.

4. *Renunciatio* fœminarum longe ab hæreditatis repudiatione distat. fol. 139. conf. 171. num. 40.

1. *Renunciatio* generalis hæreditatis vel successionis non comprehendit legitimam. fol. 21. conf. 1. p. 1. num. 63.

4. *Renunciatio* generalis, respectu certæ causæ finalis in specie facta, ad illam causam sive, speciem restringitur. fol. 139. conf. 171. num. 33.

4. *Renunciatio* in non cogitatis, ob defectum consensus, nihil operatur. fol. 143. conf. 171. n. 93.

5. *Renunciatio* ita interpretanda, prout renuncians verisimiliter explicasset, si de hoc interrogatus fuisset. fol. 223. conf. 243. num. 22.

1. *Renunciatio* jurata valida est, & omnino custodienda. fol. 377. conf. 13. n. 17. & seq. & vol. 4. fol. 202. conf. 181. num. 68. Nec facile relaxatur, d. vol. 1. conf. 13. fol. 377. ibid. num. 19.

4. *Renunciatio* juris, quod quis sibi competere ignorat, non præjudicat. fol. 84. conf. 157. n. 81.

5. *Renunciatio* juris sui nunquam præsumitur, nisi actum expresse reperiatur. fol. 45. conf. 212. num. 14.

4. *Renunciatio* limitata limitatum producit effectum. fol. 139. conf. 171. num. 31. & vol. 5. fol. 75. conf. 221. num. 35.

3. *Renunciatio* matris etiam pro se & hæredibus, filiæ non nocet, si filia non ex matris, sed suo veniat jure. fol. 170. conf. 134. num. 55.
